

CORPVS
SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM
LATINORVM

EDITVM CONSILIO ET IMPENSIS
ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE
VINDOBONENSIS

VOL. XV.
COMMODIANI CARMINA
EX RECENSIONE BERNHARDI DOMBART.


VINDOBONAE
CVD. C. GEROLDI FILIVM BIBLIOPOLAM ACADEMIAE
MDCCLXXXVII.



NUNC COGNOSCO EX PARTE



TRENT UNIVERSITY
LIBRARY



Digitized by the Internet Archive
in 2019 with funding from
Kahle/Austin Foundation

CORPVS
SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM
LATINORVM

EDITVM CONSILIO ET IMPENSIS
ACADEMIAE LITTERARVM CAESARAE
VINDOBONENSIS

VOL. XV.
COMMODIANI CARMINA
EX RECENSIONE BERNHARDI DOMBART.

VINDOBONAE
APVD C. GEROLDI FILIVM BIBLIOPOLAM ACADEMIAE
MDCCCLXXXVII.

Reprinted with the permission of the original publishers

JOHNSON REPRINT CORPORATION
111 Fifth Avenue, New York, N. Y. 10003

JOHNSON REPRINT COMPANY LTD.
Berkeley Square House, London, W. 1

COMMODIANI CARMINA.

RECENSUIT
ET COMMENTARIO CRITICO INSTRUXIT
BERNHARDVS DOMBART.

VINDOBONAE
APVD C. GEROLDI FILIVM BIBLIOPOLAM ACADEMIAE
MDCCCLXXXVII.

Reprinted with the permission of the original publishers

JOHNSON REPRINT CORPORATION
111 Fifth Avenue, New York, N. Y. 10003

JOHNSON REPRINT COMPANY LTD.
Berkeley Square House, London, W. 1

LR

BR 60

. C 6

v. 15

First reprinting, 1968, Johnson Reprint Corporation

Printed in the United States of America

CAROLO ERNESTO GEORGES

GVILELMO HARTEL

HERMANNO ROENSCH

S.

193231

PRAEFATIO.

De Commodiano eiusque carminibus.

Commodianus ubi natus sit uel uitam degerit et qua usus sit fortuna, parum constat. De aetate eius maior est consensus; nam quin media fere parte tertii post Christum saeculi carmina sua composuerit, non iam dubium uidetur esse ¹⁾. Quae autem scripsit, ea Christianis illorum temporum, si licet ex silentio facere coniecturam, haud multum arrisisse apparet. Neque id mirum; tunc enim illi iam assuerant praeter rerum ueritatem sermonis quoque elegantiam spectare, quam in Commodiano non poterant non desiderare. Accedebat, quod in libris eius quaedam inueniebant, quae a regula fidei Christianae abhorrent. Quinto demum saeculo eoque exeunte bis mentionem illius fieri conperimus a Gelasio papa et a Gennadio scriptore. Illo auctore in 'notitia librorum non recipiendorum', de quibus capite V relationis de conciliis a Gelasio papa habitis agitur, Commodiani opuscula apocrypha uocantur atque inprobantur. (Cf. Migne, patrol. ser. lat. tom. LIX p. 163.)

Gennadius autem capite XV catalogi uirorum inlustrum de Commodiano haec dicit: 'Commodianus dum inter saeculares litteras etiam nostras legit, occasionem accepit fidei. Factus itaque Christianus et uolens aliquid studiorum suorum muneris

¹⁾ Cf. Henrici Dodwell dissertatio miscellanea II in appendice annal. Velleian. ed. Oxon. ann. 1698; Guilelmi Cave histor. litter. ann. 1705 p. 88 sqq.; Pitrae prolegom. in spicileg. Solesm. uol. I p. XXI; Adolphi Ebert commentat. de Commodiani carm. apolog. (Abhandlungen der philol.-hist. Classe der saechs. Gesellsch. d. Wissensch. V) p. 408; Zeitschr. f. wissensch. Theol. XXII p. 384 sqq. 388; Guil. Meyer in commentat. Acad. reg. Monac. XVII p. 288 sq.

offerre Christo, suae salutis auctori, scripsit mediocri sermone quasi uersu aduersus paganos. Et quia parum nostrarum adtigerat litterarum, magis illorum destruere potuit dogmata quam nostra firmare. Vnde et de diuinis repromissionibus aduersus illos agens uili satis et crasso, ut ita dixerim, sensu disseruit, illis stuporem, nobis desperationem incutiens. Tertullianum et Lactantium et Papiam auctores secutus moralem sane doctrinam et maxime uoluntariae paupertatis amorem optime prosecutus studentibus inculcauit.'

Haec aliquanto pauciora sunt, quam quae noscere de Commodiano uelimus; et utinam ea ipsa, quae Gennadius memoriae prodit, omnia uera uel certa essent! Quae quidem de auctoribus dicit, quos secutus Commodianus sit, ea haud paruum mouent dubitationem.

Et ex Papiæ libris tam exiguae supersunt reliquiae, ut, quae intercesserit inter illius et Commodiani libros necessitudo, non iam possis inuestigare. De Tertulliano utique uerum uidit Gennadius. At Lactantium aetate non priorem, ut ille putabat, sed posteriorem Commodiano fuisse nunc quidem tantum non inter omnes constat. Error Gennadii inde uidetur profectus esse, quod et Commodianus et Lactantius ex eisdem fontibus hauserunt, quorum fontium princeps atque praecipuus Cyprianus fuit²⁾. Huius uestigiis, id quod Gennadium fugiebat, Commodianum pedisequi modo instituisse certissimum est.

Post Gennadii tempora de Commodiano apud scriptores rursus altum est silentium; nihilo tamen setius medio quod dicitur aeuo carmina eius identidem describebantur. Et conplures eorum codices aetatem tulerunt, quorum pars non ita pridem uidetur perisse. Typographica autem arte inuenta cum ingens exortum esset certamen ad libros et classicorum et ecclesiasticorum scriptorum typis imprimendos, Commodianus ob nimiam, opinor, et sermonis et uersuum asperitatem diu nemini doctorum dignus uisus est, qui ederetur.

²⁾ Cf. p. IIII.

Longo interuallo primus Iacobus Sirmondus, vir clarissimus, uetustum instructionum exemplar nactus in ea carmina animum intendit et in editione sua Ennodii, quae anno 1611 excusa est, ad duos locos inlustrandos, epist. II 1 et VI 9, alterius instructionum libri acrostichon XXVII integrum, acrostichi XXXII quinque uersus allegauit. Idem siue ipsum quem inuenerat codicem siue apographa eius cum amicis liberaliter communicauit, unde, ut ait Rigaltius in praefatione instructionum, Commodianus 'benigne excipi ac foueri coepit.' In eorum amicorum numero fuit Gilbertus Gaulminus, qui in commentario, quem libello Eustathii de Ismeniae et Ismenes amoribus anno 1618 Lutetiae Parisiorum ab ipso edito adiunxit, alterius instructionum libri acrostichi XVI sex uersus affert, quos descripsisse se 'ex codice P. Sirmondi' dicit.

Tum quoque plus triginta anni praeterierunt, priusquam uniuersa acrosticha Nicolai Rigaltii opera publici iuris fierent. Cuius editione, quae anno 1649 Tulli Leucorum typis exscripta est, quamquam cautum erat, ne Commodiani nomen rursus obliuione obrueretur, tamen etiamtum per duo saecula solae instructiones eius nosebantur, cum anno 1852 a Iohanne Baptista Pitra in primo uolumine spicilegii Solesmensis carmen editum est, quod nullo auctoris nomine inscriptum in codice quodam bibliothecae Mediomontanae siue Middlehillensis inuenerat, inuentum descriperat. Quod carmen quia homo doctissimus uidebat et rebus et uerbis et uersuum ratione mirum quantum cum instructionibus Commodiani congruere³⁾, non dubitauit Commodiani nomen ei praeponere. Hoc eum iusto iure fecisse neque fugere quemquam potest, qui duo illa carmina inter se comparauerit, et Adolfus Ebert⁴⁾ nouis insuper allatis argumentis aperte docuit. Quo factum est, ut Commodiano tot saeculis interiectis sua tandem restituerentur.

De fontibus Commodiani.

Vt alii scriptores ecclesiastici, ita Commodianus quoque multas et res et sententias ex sacris litteris mutuatus est.

³⁾ Spicil. Solesm. uol. I proleg. p. XVIII sq.

⁴⁾ l. c. p. 414 sqq.

Has autem crebro non ipsas eum adisse, sed Cypriani testimoniis plerumque usum esse ostendere conatus sum commentatione, quae inscribitur 'Commodianus und Cyprians Testimonia' (Zeitschr. f. wissensch. Theol. XXII p. 374 sqq.). Sed ex ceteris quoque Cypriani operibus eum delibasse, quidquid ei commodum uidebatur, multis apparet exemplis. Etiam Tertullianae et Minucianae lectionis apud Commodianum occurrere uestigia iam pridem animaduersum est ⁵⁾.

De duabus uis, quibus per uitam possit migrari, Commodianus saepius (I 22, 15; A. 699) ita loquitur, ut ea qui legerit non possit non agnoscere quae de eisdem uis, una uitae, altera mortis, in doctrina illa apostolorum aguntur. Quae utrum ex ipso illo fonte hausta sint an ex riuulo aliquo inde descendente, uelut ex epistula Barnabae, non multum attinet ⁶⁾.

Haud raro Commodianus Hermae pastorem uidetur imitatus esse, cuius rei Adolfus Harnack primus quod sciam monuit ⁷⁾.

Denique Theodorus Zahn ⁸⁾ uidit commentarium euangelicorum, qui sub Theophili nomine circumfertur, cum Commodiano saepius ita conspirare, ut uerisimile sit Commodianum locos quosdam aut illius commentarii aut fontis, unde ille originem duxit, memoria tenuisse.

Ne profanas quidem litteras, quas illum, priusquam Christianus fieret, amplexum esse Gennadius testatur, postea ita spreuit, ut eis data occasione uti nollet.

Et Horatianos locos Commodianum in carmine apologetico haud raro attingere Martinus Hertz in indice lectionum aestiuarum Vratislaviensium anni 1880 probauit. Adde eis quae

⁵⁾ Cf. Rigaltii praefat.: Stilus (Commodiani) Africanæ ferociae rusticitatem sapit, quae tamen ad acumina Tertulliani, Cypriani, Minucii non infrequenter alludit.

⁶⁾ Cf. *Διδαχή τῶν δώδεκα ἀποστόλων*, cuius hoc est initium: Ὁδοὶ δύο εἰσὶ, μία τῆς ζωῆς καὶ μία τοῦ θανάτου. Adolf Harnack in epist. Barn. c. 18.

⁷⁾ Theol. Literaturzeit. 1879 p. 51 sqq.

⁸⁾ Forschungen zur Geschichte des neutestamentlichen Kanons II p. 301 sq., III p. 259 sqq.

ille congeffit exemplis instr. I 3, 9 sqq.⁹⁾, qui locus non fortuitam similitudinem cum Horat. carmine IV 8, 5 sqq. prae se fert.

Idem Lucretium quoque Commodiano cognitum fuisse duobus propositis exemplis docet¹⁰⁾, *carm. apol. u. 123*, coll. *Lucret. IV 569, III 222 et u. 876 (883)*, coll. *Lucret. I 278*. Multo apertius autem ea res elucet, ubi comparaueris *Lucret. V 221*: quare mors inmatura uagatur et *Commod. instr. I 16, 4*: inter utrumque uias mors inmatura uagatur; *Lucret. II 763, IV 570*: rationem reddere possis et *Commod. instr. I 16, 13*: rationem reddere possint. Animaduertendum est hic bis in uno Commodiani acrosticho Lucretiana uerba recurrere.

Errat igitur Martinus Hertz, pace uiri summe uenerandi dixerim, cum censet instructiones nullam antiquarum litterarum memoriam suscitare¹¹⁾.

In alia quoque re uir doctissimus fallitur. Commodianus in *carm. apol. u. 583 sq.* haec dicit:

Vergilius legitur, Cicero aut Terentius item;
Nil nisi cor faciunt, ceterum de uita siletur.

Vtcumque uerba 'cor faciunt' aut interpretanda aut emendanda sunt: illud certum est Vergilii, Ciceronis, Terentii studium hic uituperari; de Horatio, quem ab ipso lectitatum esse apparet, Commodianum tacere. Hoc Martinus Hertz a Commodiano callidissime existimat factum esse, ut palam Vergilii, Ciceronis, Terentii contemptorem ageret et ab eorum imitatione in carminibus suis cauere, clandestino autem Horatii, de quo tacet, studio lectores suos falleret ideoque clam ridens manus sibi perfricaret siue, ut aiunt Romani, in sinu gauderet¹²⁾.

O hominem ueteratorem, si egisset tam callide! Atqui Vergilianae quoque et lectionis et imitationis in utroque

⁹⁾ Cf. comment. crit.

¹⁰⁾ Indic. lection. p. 8.

¹¹⁾ Ibid. p. 6.

¹²⁾ Ibid.

Commodiani carmine suppetunt exempla eaque plura, nisi fallor, et manifestiora quam Horatianae aut Lucretianae.

Hoc ut ostendam, ab eo loco initium faciam, de quo iam supra egimus, instr. I 16, 4: Inter utrumque uias mors inmatura uagatur. Huius uersus posteriorem partem Lucretii esse iam cognouimus; sed ne prior quidem pars ipsius Commodiani ingenio debetur; hic enim Vergilianum illud imitatus est: Inter utramque uiam leti discrimine paruo (Aen. III 685).

Alia Vergilianae imitationis exempla haec sunt: Instr. I 4, 7: uenit inops animi; cf. Verg. Aen. IV 300: saeuit inops animi. — Instr. I 13, 7: uertebatque boues; Aen. VIII 207 sq.: tauros auertit. — Instr. I 18, 6: uentum est ad summum; Aen. XII 803: uentum ad supremum est. — Instr. I 18, 11: erumpebat enim uoces; Aen. XI 377: rumpitque .. uoces. — Instr. I 19, 12: adflatum numine ligni; Aen. VI 50; adflata est numine quando. — Instr. II 4, 3: dat gemitum terra; Aen. IX 709: dat tellus gemitum. — Instr. II 11, 9: per spelaea ferarum; Verg. Ecl. 10, 52: inter spelaea ferarum. — Instr. II 23, 17: neci.. mittas; Aen. XII 513 sq.: neci.. mittit. — Instr. II 32, 14: mactandum ad aram; carm. apol. 515: mactatus ad aras; Aen. II 663: obtruncat ad aras. — Instr. II 35, 3: fundere preces; Aen. VI 55: funditque preces. — Instr. II 39, 9: Vertitur interea caelum; Aen. II 250: Vertitur interea caelum. — Carm. apol. 523: at ego non tota, sed summa fastigia carpo; Aen. I 342: longae ambages; sed summa sequar fastigia. — C. a. 587: insanumque forum; Aen. Georg. II 502: insanumque forum. — C. a. 631: uenturus conmixtus (conmixto M) sanguine nostro; Aen. VI 762: Italo conmixtus sanguine surget. — C. a. 861: tollit in auras; Aen. IV 176: attollit in auras. — C. a. 931: e caelo .. uox reddita; Aen. VII 95: ex alto uox reddita lucco est. — C. a. 1030: saxa uolant; Aen. I 150: saxa uolant.

Haec ubi legerit Martinus Hertz, ingenue, opinor, fatebitur hominem simplicissimum inmerito a se in calliditatis malignae suspicionem esse adductum.

Ceterum Commodiani profanarum litterarum studia non eis, quos memorauimus, scriptoribus se continuerunt. Ciceronem quoque, Ouidium, Tibullum, alios interdum uidetur secutus esse; ego uero cum et temporis angustiis et uirium mediocritate impediatur, aliis rem accuratius tractandam relinquo; qui si in Commodiani carminibus suum cuique reddere conabuntur, non multo angustior eis campus patebit quam in Ammiano Marcellino.

De codicibus instructionum.

Baluzio¹³⁾ si fides habenda est, Iacobus Sirmondus apographum, quo Rigaltius postea usus est, ex uetusto codice Andecauensi ipse descripserat. Hunc codicem non iam comparere Ernestus Ludwig, nouissimae editionis auctor, a Lemarchandio, bibliothecae Andecauensis praefecto, litteris certior factus est. Eo magis operae pretium est accurate colligere, si quid homines doctos inde exscripsisse aut certum aut uerisimile est, praesertim cum etiam apographum illud Sirmondianum ad hanc aetatem non uideatur peruenisse.

Cod. Andecauensis deperditus.

Et primus ipse Sirmondus, ut supra memorauimus, in editione Ennodii, deinde Gilbertus Gaulminus in editione Eustathii particulas quasdam instructionum attulerunt, quae aut ex ipso illo codice uetusto aut ex apographo a Sirmondo scripto uidentur fluxisse. Rigaltius autem instructionum uetus exemplar nullum se uidisse, sed apographo tantum Sirmondiano in editione curanda usum esse in praefatione ipse fatetur.

At Baluzius lectiones ex ipso codice Andecauensi haustas conpluribus operum suorum locis non ita paucas adfert. Ea de re uberius egi in Blätter f. d. bayer. Gymn. XVI p. 341 sqq.¹⁴⁾.

Patauinus quoque Commodiani codex, quem Montfaucon in bibl. bibl. tom. I 487^a sic designat: 'ex Musaeo Laurentii

Cod. Patauinus deperditus.

¹³⁾ Not. in Lactant. de mort. persecut. c. 11; Cypr. ed. Paris. ann. 1726 p. 453.

¹⁴⁾ Cf. Sitzungsberichte CVII p. 733 sqq.

Pignorii Patauini', non iam exstat. Cf. Ernest. Ludw. in praefat. ad instruct. p. XI.

d. Mediomontanus uel Cheltenhamensis = C.

In hac tanta factorum iniquitate est, cur nobis gratulemur, quod codex Mediomontanus (Middlehillensis) aetatem tulit, qui in catalogo Haeneli (p. 861) in libris Meermannianis sic describitur: 'Commodiani Instructiones per litteras uersuum primas seu uersibus, qui dicuntur acrostichides, cum quibusdam aenigmatibus, saec. XI, membranaceus.'

Hunc cum uniuersa bibliotheca Mediomontana Cheltenhamum translatum Ernestus Ludwig, priusquam carmina Commodiani ederet, in usum suum conuertere conatus est; sed sump-tibus, qui pro uenia librorum Cheltenhamensium inspiciendorum exigi solent, deterritus incepto destitit. Quo factum est, ut editio eius propter ceteras uirtutes admodum laudabilis certiore tamen textus conformandi fundamento careat.

Insignitus est codex ille hunc in modum: 'cod. Mediomontanus 1825 (Meermannianus 708)'. Prima uiginti quattuor folia continent Commodiani instructiones; a folio 25 sequuntur tetrasticha enchiridii Prudentiani, quorum primum inscribitur 'Adam et Eua.' Haec excipiuntur aenigmatibus sexaginta duobus, quorum Haenelium in catalogo mentionem facere supra memorauimus¹⁵⁾.

Accedunt deinde in eodem codice alia quaedam, quae commemorare longum est.

Hic codex in instructionibus Commodiani ut multas affert lectiones eis, quae in editiones receptae sunt, praestantiores¹⁶⁾, ita plurimis et foedissimis scatet mendis. Nam praeterquam quod librariorum incuria uel inscitia factum est, ut saepissime uerba aut miris modis deformarentur aut omnino omitterentur, ne interpolationum quidem desunt exempla, quod deprauationis genus facillime cognoscitur, ubi uerborum abundantia iustum modum uersus excedit uelut II 14, 4; 21, 2; 32, 10.

Scripturam primam codicis aut eadem manus aut altera interdum correxit. Alterius autem manus emendationes et ad-

¹⁵⁾ De eisdem egit Guil. Meyer l. c. p. 413.

¹⁶⁾ Cf. Sitzungsberichte CVII p. 742 sqq.

modum rarae et eius modi sunt, ut coniecturam sapiant, non ex archetypo uel alio aliquo fonte haustae esse uideantur.

Praeter codicem Cheltenhamensem ex instructionum libris mss. soli restant Parisinus (bibl. nation. mss. lat. n. 8304) et Leidensis (Vossianus in octauo n. 49), uterque chartaceus, uterque saeculo septimo decimo exaratus, quorum uarias lectiones J. B. Pitra in spicilegii Solesmensis uolumine IV p. 224—230 primus prelo mandauit et multum facere ad emendandas instructiones docuit. Idem cod. Parisinum littera B, Leidensem littera A insigniuit. Hos denuo atque accuratius inspexit et exscripsit Ernestus Ludwig, qui in editione sua Parisinum inprimis ducem secutus est. Et est ille codex haud parui momenti, qnamquam auctoritate minus ualeat quam Cheltenhamensis. Hunc eum propinquitate contingere cum ex aliis rebus tum inde apparet, quod permultae lectiones in utroque inueniuntur, quae corruptelam prae se ferant. Idem quia cum editione Rigaltiana crebro conspirat, et Pitra et Ludwig censuerunt esse eum apographum illud Sirmondianum, quo Rigaltius in editione sua conformanda se usum esse ipse fatetur. Ea opinio cum iam prius mihi minus probaretur¹⁷⁾, postea argumentis satis magnis ostendisse mihi uideor codicem Parisinum non esse ipsum apographum Sirmondi¹⁸⁾. Quorum argumentorum nescio an grauissimum sit, quod acrostichon I 18 in Parisino codice initio omissum extrema eius parte Rigaltii ipsius manu additum est. Qui si, ut ipse in praefatione dicit, uetus instructionum exemplar non uidit, unde potuit illud acrostichon supplere, nisi ex uero apographo Sirmondiano?

Itaque, nisi fallor, sic se res habuit: Rigaltius Sirmondianum exemplar acceptum nescio cui describendum dedit. Hic nouus liber ex Sirmondiano descriptus B noster est. Quem dum perlustrat Rigaltius et cum apographo Sirmondiano comparat, cum alios librarii errores correxit tum acrostichon XVIII illius incuria omissum ipse suppluit.

¹⁷⁾ Sitzungsberichte XCVI p. 452 sq.; Blätter f. d. bayer. Gymn. XVI p. 345.

¹⁸⁾ Sitzungsberichte CVII p. 737 sq.

Codd. Parisinu
et Leidensis.

Cod. Parisinu
= B.

Nouas quasdam res addo, unde appareat non utique solum codicem B Rigaltio ad manus fuisse, cum instructiones edendas curaret.

In relationum Academiae Caesar. Vindob. uolumine CVII p. 738 sq. multos attuli locos, quibus editio princeps cum cod. Cheltenhamensi conuenit, a cod. Parisino differt. Quae exempla quamquam sufficiunt, unum tamen, quod illic omisisse me paenitet, hic addam.

I 23, 14 in editione principe haec leguntur:

In supplicem prōdis dei, sub aspectu tyranni.

Illud *dei* neque in B neque in A inuenitur ideoque ab Ernesto Ludwig omittitur, quamquam ea re uersus claudicat. At Cheltenhamensis editioni principi hoc quoque loco suffragatur. Itaque cum ne sagacissimus quidem homo coniecturā supplere uocem *dei* potuerit, dubium non est, quin Rigaltio praeter Parisinum alius quoque codex adfuerit, quem consuleret.

Acrostichi I 13 uersum 5 Rigaltius sic scripsit:

Cum si deus esset unquam non furto uiuebat.

Idem in commentario adnotat: 'Est qui malit: *cum si deus esset, utiq.* (sic!) *non furto uiuebat.* Sed haec particula *utique* rursus occurret uersu proxime sequ.' — Quis est ille, qui *utique* malle dicitur quam *unquam*? In Parisino quidem sola lectio *unquam* inuenitur; non magis in Leidensem codicem cadunt, quae Rigaltius dicit; ibi enim in textu *nunquam*, in margine *unquam* scriptum est neque quidquam praeterea additum. Apparet igitur Rigaltium lectionem *utique* ex alio fonte petiuisse, quem genuinum fuisse documento est, quod Cheltenhamensis quoque *utiq.* (sic!) praebet.

Insequentem eiusdem carminis uersum editio Rigaltiana hunc in modum tradidit:

Terrenus utique fuit et monstriuora natura.

Ibidem in commentario additur: 'Placet emendatio: *Monstruosa.*' Quae emendatio utrum ipsius sit an alius alicuius Rigaltius non dicit. At, nisi fallor, haec ne est quidem emendatio, ut Rig. falso opinabatur, sed antiqua et uera lec-

tio. Eadem certe in codice Cheltenhamensi inuenitur, cum codd. **BA** solam lectionem *monstruora* habeant.

Ad haec duo exempla inter se similia tertium accedit. In alterum eiusdem acrostichi uersum Rigaltius adnotat, pro *Nunc ergo retro*, quod ipse in textum recepit, 'a quibusdam' confici scripturam '*Nunc ergo reticeo*.' Atqui hanc lectionem altera manus codicis Cheltenhamensis praebet, quae primae manus scripturam *retiuo* ita correxit ut sit *reticeo*, cum in codd. **BA** una eademque lectio *retiuo* inueniatur, unde satis apparet illud 'a quibusdam' non ad horum codicum alterum utrum, sed ad alium aliquem fontem pertinere.

Ter igitur in uno eodemque carmine perexiguo uestigia nobis occurrunt, quibus monemur Rigaltio, cum instructiones ederet, ad fontem quendam patuisse aditum, qui non fuit **B** (uel **A**) et similis fuit codici Cheltenhamensi.

Hunc autem fontem quem alium fuisse dicamus nisi apographum Sirmondianum? Hoc Rigaltius, quamquam plerumque Parisino nostro (**B**) utebatur, interdum tamen, ubi in locis difficilioribus haerebat, uidetur consuluisse ibique in textu aut inter lineas aut in margine ¹⁹⁾ lectiones repperisse, quae in cod. **B** deerant. Hunc enim codicem fontis antiquioris, quicumque fuit, non accurate repraesentasse imaginem iam inde perspicitur, quod in ipso codice **B** et totum acrostichon I 18, ut supra (p. VIII) demonstrauius, et capitulationis pars ²⁰⁾ omissa erant. Quae res si ita se habuit, non iam est quod miremur tam multas lectiones, quae desunt in codd. **BA**, editioni principi cum codice Cheltenhamensi communes esse ²¹⁾. Has

¹⁹⁾ In apographo Sirmondi praeter primam etiam alteram manum interdum fuisse conspicuam inde apparet, quod Rigaltius in uersum 15 acrostichi 53 (II 12) haec adnotat: 'In apographo scriptum fuerat: *Tu tibi praeterea in delictis parcere noli*. Quae scriptura ferri et explicari posset, nisi nos admoneret is, qui apographum recensuit, ueterem manum fuisse *in Belian*.' — Hoc igitur certe loco primâ manu *in delictis*, alterâ *in Belian* scriptum fuit; at in **B** itemque in **A** haec inueniuntur: *in delictis* ^{*in delian*} eaque omnia una eademque manu exarata.

²⁰⁾ Sitzungsberichte CVII p. 719.

²¹⁾ Ibid. p. 738 sq.

enim quoque suspicio est Rigaltium ex ipso apographo Sirmondiano petiuisse.

Restat, ut pauca dicamus de uariis lectionibus, quae in cod. **B** praeter textum adiunctae sunt. Earum magnam partem prima manus supra lineas scripsit; quaedam autem altera illa manu adiecta sunt, quae acrostichon I 18 primo omissum suppleuit. Hanc alteram codicis **B** manum ipsius Rigaltii esse cognoui, ubi mihi contigit, ut codicem **B** cum notis et commentatiunculis compararem, quas Rigaltius Berolinensi editionis principis exemplari sua manu subiunxit; de qua re uide Sitzungsberichte CVII p. 714 sq.

od. Leidensis
= A.

Codici Parisino Leidensis simillimus est. Iidem cum non paucis locis inter se differant, Ernestus Ludwig putauit non alterum ex altero descriptum esse, sed utrumque ex uno eodemque antiquiore archetypo fluxisse. Ego uero et singulos accurate excutiendo et ambos inter se comparando dubium non esse intellexi, quin Leidensis ex Parisino ita sit descriptus, ut librarius codicis Leidensis, homo doctus aliquis, non pauca mutauerit et addiderit; qui utrum omnibus locis, quibus ab exemplo suo abscessit, suo tantum ingenio usus sit an interdum praeter codicem **B** etiam alium inspexerit librum, equidem non ausim decernere. Cf. Sitzungsberichte CVII p. 720 sqq.

Apographum
Sirmondi.

Apographi Sirmondiani saepius iam mentionem fecimus. Descriptum illud a Sirmondo ex codice Andecauensi fuisse, ut supra (p. VII) memorauimus, Baluzius testatur. Idem antiquissimum fuisse fundamentum cognouimus, quo editio Rigaltiana nitebatur. Inde codicem **B** descendisse arbitramur (cf. p. VIII); ipsum autem apographum Sirmondianum non iam uidetur comparere. Quamquam, id quod paulo post ostendetur, non paucae eius lectiones editione principe nobis seruatae sunt.

De editionibus instructionum.

ditio princeps
(1649).

Editio princeps a Nicolao Rigaltio curata sic est inscripta:
Commodiani Instructiones per litteras uersuum primas. Tempore Siluestri P. R. sub Constantino Caes. compositae. Nunc

primum typis mandatae. Tulli Leucorum. Apud Sim. Belgrand & Io. Laurentium, Typographos Regios. M.DC.XLIX. Cum priuilegio Regis.'

Ea editio qua ratione sit instituta, quoniam alias iam exposui ²²⁾, illic quae dixi nolo repetere. Illud tantum monuerim, in editione principe praeter textum instructionum eam inprimis appendicis partem alicuius esse momenti, qua uariae lectiones ex apographo Sirmondi proferuntur.

Anno post publicatam principem altera prodiit editio eodem homine docto curante, cuius haec est inscriptio:

Editio altera
(1650).

'Commodiani Instructiones aduersus Gentium Deos. Pro christiana disciplina. Tempore Siluestri P. R. sub Constantino Caes. compositae. Nunc primum typis mandatae. Tulli Leucorum. Apud S. Belgrand et I. Laurentium, Typographos Regios. M.DC.L. Cum priuilegio Regis.'

Textus alterius editionis a principe non paucis locis diuergit neque tamen ideo melior factus est. Nam Rigaltius in altera editione, ut aliquot manifesta editionis principis menda correxit, ita crebro aut ipsam lectionem genuinam aut genuinae indicia praepostere aboleuit. Cf. Sitzungsberichte XCVI p. 455 sqq.

Editio altera commentarium quoque continet, quo ed. princeps caret. In eo commentario praeter rerum et uerborum explicationes haud raro uariae lectiones ex apographo Sirmondi commemorantur, quae in appendice editionis principis desunt.

De ceteris, quae in ed. altera notabilia uidentur, cf. Sitzungsberichte XCVI p. 460 sqq.

Harum duarum editionum exemplaria, quae iam saeculo septimo decimo exeunte admodum rara fuisse Gisbertus Cuper in Lactantiani libri de mort. persecut. c. 2 adnotat, paucissima nunc supersunt, quo factum est, ut de editione principe diu peruersa fuerit hominum doctorum opinio ²³⁾.

Ac principis quidem editionis Parisiis duo, Berolini unum; alterius editionis singula Parisiis et Berolini in bibliothecis publicis exemplaria seruantur. Berolinensia exemplaria,

²²⁾ Sitzungsberichte XCVI p. 447 sqq.

²³⁾ Ibid. p. 448.

quae ipse identidem meis oculis lustravi, uno uolumine continentur hunc in modum insignito: 'Libr. inpr. c. not. mss. Quart. 49.' In hoc uolumine, quod olim fuit in numero librorum Ezechielis Spanheim, editionis principis titulus et praefatio et index, quo capitula instructionum enumerantur, desunt; cetera ita sunt composita: Praemittuntur editionis alterius titulus et praefatio; subsequitur editionis principis textus cum appendice; claudunt agmen reliquae editionis alterius partes. Accedunt autem ad ea, quae typis sunt impressa, commentationes et adnotationes quaedam in conpluribus foliis albis adglutinatis ipsius Rigaltii manu eleganter conscriptae. Praemittitur inscriptio: '*Curae ad Commodianum secundae*'; deinde haec sequuntur:

Observatio ad Instr. VI.

cur annis ducentis

Fuistis infantes?

Huic poematio Commodianus impressit uestigia' etc.

Sunt haec eadem, quae Henricus Leonh. Schurzfleisch anno 1709 in supplementis suis prelo mandauit. Cf. Sitzungsberichte XCVI p. 466 sqq.

In bibliotheca nationali Parisina, ut supra diximus, tria inueniuntur editionum Rigaltianarum exemplaria, duo principis, unum alterius editionis. Et alterum editionis principis exemplar, quod sic insignitur: 'Inventaire C 1640 C 597 Réserue (in 4^o)', praeter textum typis exscriptum commentarium continet, quem Rigaltius in foliis albis bibliopegi opera interiectis conscripsit, cum editionem alteram parabat. Iam Alfredus Schoene, qui de exemplaribus Parisinis, qua est eximia liberalitate, primus me docuit, ante hōs octo annos perspexit scriptum illum commentarium cum eo, quem typis inpressum editio altera continet, fere congruere.

Idem confirmauit Antonius Kunz, qui, dum anno 1882 Parisiis uersatur, rogatu meo accuratius rem indagauit. Quae ille tum litteris mecum benigne communicauit et exemplis luculentis propositis demonstrauit, ea breuiter referam.

Notae Rigaltianae editioni principi in foliis uacuis interiectis conscriptae commentario editionis alterius typis in-

presso quamquam simillimae sunt, tamen ab eo interdum differunt, ut appareat hunc non ex ipsis illis notis fluxisse, sed aliud aliquod intercessisse scriptum exemplar, quod typothetae sequebantur. Aliis locis commentarius manu scriptus typis inpresso prolixior est, aliis breuior; nihilo tamen setius uerbis magis quam rebus inter se differunt.

In textu quoque exemplaris illius Rigaltius quaedam calamo mutauit. Earum mutationum maiorem partem Antonius Kunz in alterius editionis textum esse receptam docet; idem nonnullas notauit, quae in altera editione non leguntur; sunt autem hae: II 4, 5 *euitante*²⁴⁾ pro *euitate*; ibid. u. 11 mereunt (sic!); II 16, 1 *Sunt* pro *Si*; ibid. u. 24 *Et* pro *Eum*; II 21, 10 *Vincimus . . qui* pro *Vicimus . . quo*; II 22, 3 *illa* pro *illo*; ibid. u. 5 *illud* pro *illum*; u. 7 *refuriam* (in margine) pro *furorem*. — Haec in commentario critico non debui omittere.

Vt in exemplari Berolinensi editioni alteri, ita in Parisino editioni principi aliquot folia uacua subiuncta sunt, in quibus Rigaltius ampliores quasdam adnotationes in conplures instructionum locos conscripsit. Ibi crebrae correctiones ipsius Rigaltii manu factae testimonio sunt illum, quae secum commentabatur, primum tunc uerbis concepisse. Earum adnotationum initia haec sunt:

‘*Obser. ad Instr. VI.*

CVR ANNIS DVCENTIS INFANTES FVISTIS] *Huic poematio Commedianus impressit uestigia*’ etc. — Finiuntur autem illae hunc in modum: ‘*Suprema lex Gazeo nostro fuit, Nullis carminum legibus obligari. Ceterum.*’

Haec prope ad uerbum consentiunt cum eis, quae in fine exemplaris Berolinensis, ut supra (p. XIII) diximus, eleganti scripturae forma ab eodem Rigaltio exarata sunt.

Extrema exemplaris Parisini parte insuper adiuncta est epistula Rigaltii Francogallico sermone ad Sirmondum scripta, quem Vollmoeller, uir et humanitate et doctrina insignis, mihi descripsit. Cf. Sitzungsberichte XCVI p. 471 sqq.

Tertium editae instructiones sunt anno Domini 1666. Tunc enim Parisiis sumptibus Ioannis Du Puis Cypriani opera post

Editio tertia
(1666).

²⁴⁾ Idem Rigaltius repetit in supplementis (cf. indic. siglorum).

Nicolai Rigaltii mortem Ph. Priorius denuo ita typis inprimenda curauit, ut aliorum quoque scriptorum ecclesiasticorum libros adderet, quorum ultimum locum Commodiani instructiones obtinent sic inscriptae:

‘Commodiani instructiones aduersus gentium deos. Pro christiana disciplina. Tempore Siluestri P. R. sub Constantino Caes. compositae. Nunc primum typis mandatae, Cura et studio Nicolai Rigaltii cum eiusdem Notis.’

Haec si quis parum caute legerit, non potest non opinari illic aut ipsam editionem principem Rigaltii aut certe simillimum eius exemplar oculis suis offerri; quorum neutrum uerum est. Nam Rigaltius tum iam duodecim annis ante uita decesserat et Priorii editio non primam, sed alteram Rigaltianam ita repraesentat, ut, ubi ab illa diuergit, plerumque noui editoris incuria causam sustineat. Cf. Sitzungsberichte XCVI p. 463.

Et tamen huic tertiae potissimum editioni ludibrio quodam fortunae contigit, ut subolem satis amplam propagaret. Ac prima quidem illinc deriuatur editio instructionum, quae in uolumine XXVII Maximae bibliothecae patrum Lugduni anno 1672 typis inpressa est; deinde Schurzfleischiana, Dauisiana, Gallandiana, de quibus disputauimus in Sitzungsberichte XCVI p. 463 sq. Eandem uiam sequuntur editiones Pisauensis (in collectionis Pisauensis tom. V anno 1766 ed.) et Augustana (in P. Dominici Schram analysis operum s. s. patrum tom. VI anno 1784 ed.). Non magis editio Migneana (Migne, patrol. ser. lat. tom. V) anno 1844 Parisiis uulgata antiquiorem fontem repraesentat; nam religiose Dauisii et Gallandii errores seruat atque repetit, qui ipsius Rigaltii editionibus inspectis facile potuerunt emendari.

Paulo meliorem est ingressus uiam Franciscus Oehler, qui Commodiani instructiones in bibliothecae patrum ecclesiasticorum Gersdorfianae uolumine XIII anno 1847 edendas curauit. Is in commentario ex priorum editionum farragine, quae utilia uidebantur, satis prudenter excerptis nonnulla ex sua doctrina addidit. Idem Berolinense editionum Rigaltia-

narum exemplar ipse uidetur inspexisse, quibus cur non saepius et constantius usus sit, ualde mirandum est.

Ceterum ne hoc quidem sufficebat. Omnium primum ipsi codices mss. tandem aliquando adeundi erant. Hoc primus post Baluzium J. B. Pitra fecit, qui in spicilegii Solesm. uolumine IV p. 224 sqq. uarias lectiones codicum **BA** exscripsit. Quo in opere cum uideret quanta licentia et negligentia Rigaltius in editione egisset, non iniuria prodicionem potius illam Commodiani quam editionem esse dixit.

Haec Pitra anno 1858 scripserat. Sed uicesimo demum anno post prodito Commodiano ab Ernesto Ludwig subuentum est, qui, cum nouam editionem ²⁵⁾ pararet, ut supra iam diximus, codd. **BA** denuo perlustrauit et Parisinum imprimis secutus permultis locis ueram lectionem feliciter restituit. Idem in praefatione apparatus criticum et in fine libelli indices accurate compositos addidit. Cui si Cheltenhamensis quoque codicis copia esset facta, totam uidetur rem absoluturus fuisse.

De codice ms. carminis apologetici.

Carmen apologeticum uno codice ms. continetur, qui et ipse in celeberrima illa bibliotheca Mediomontana uel Cheltenhamensi seruatur. Hunc codicem paulo ante, quam typis exscriberetur, ex Italia 'quasi e uetere libraria Bobiensi' allatum esse Pitra in prolegomenis p. XVII testatur. Est ille membranaceus, signatus numero 12261, saeculo VIII fere scriptus. In eo carmen apologeticum a folio 182^v usque ad folium 197^v patet. Extrema pagina situ et tineis tam male habita est, ut scripturae interdum aut perpauca aut nulla supersint uestigia. Antecedunt quaedam Augustini et Hieronymi opuscula. Folio 182^r, ut ait Pitra, haec est inscriptio: 'Incipit argumentum Augustini episcopi ad Alypium episcopum'; reliqua pars paginae uacua est; in altero autem folii latere (182^v) nullo uel auctoris nomine uel carminis titulo scripto ipsius carminis initium inuenitur:

Quis poterit unum proprie Deum nosse caelorum etc.

²⁵⁾ Lipsiae in aedibus B. G. Teubneri. MDCCCLXXVIII.

Litterarum ferme minuscula est forma, nisi quod singuli uersus a singulis uncialibus litteris initium capiunt, ante quas punctum supra lineam poni solet ad uersus distinguendos, qui praeterea uno tenore scripti sunt. Raro librarius per totos uersus unciali scriptura utebatur, uelut u. 138—140. Praeter primam librarii manum altera quoque occurrit, quae siue ex ipso codicis **M** archetypo siue ex alio antiquiore libro, quae aut perperam scripta aut omissa fuerunt, diligenter corrigebat.

De editionibus carminis apologetici et commentationibus quibusdam.

Primus, ut iam diximus, J. B. Pitra carmen apologeticum ex codice, quem Thomas Phillipps, bibliothecae Mediomontanae conditor, illi peruestigandum tradiderat, in spicilegii Solesmensis uolumine I anno 1852 edidit. Textus carminis illic a pagina 20 usque ad p. 49 pertinet. Praemittitur in prolegomenis p. XVI—XXV commentatio editoris. Praeterea nouae eiusdem curae accesserunt in eodem uolumine p. 537—543 et in uolumine IV anno 1858 edito p. 222—224, ubi extrema pars carminis ex recentiore Thomae Phillipps collatione iterum recensebatur.

Anno post primum spicilegii Solesmensis uolumen editum J. L. Jacobi commentationem scripsit, qua quaeritur, quae fuerit Commodiani de trinitate opinio²⁶⁾.

Satis longo interiecto temporis spatio noua lux Commodiano adfulsit, cum anno 1870 ea, quae Adolfus Ebert in Saxonica litterarum societate imprimis de ratione, origine, aetate carminis docte et ingeniose disputauerat, typis mandarentur²⁷⁾. Inde coeperunt et philologi et theologi Commodiano diu neglecto certatim operam nauare.

Adolfi Ebert uestigia pressit Carolus Leimbach, qui in programmate paschali scholae ciuilis superioris Schmalcaldensis anno 1871 edito, quae ad id locorum de carmine apo-

²⁶⁾ Commodianus und die altkirchliche Trinitätslehre. Deutsche Zeitschrift f. christl. Wissensch. u. christl. Leben. 1853 p. 203—209.

²⁷⁾ Abhandl. der philol.-histor. Classe der königl. sächs. Gesellsch. d. Wissensch. V (1870) p. 387—420.

logetico disputata erant, et diligenter conguessit et recensuit prudenter et suis doctis commentationibus auxit.

Deinde nouam carminis editionem Hermannus Roensch adgressus est in 'Zeitschrift für die historische Theologie' ann. 1872 p. 163 sqq. Editionis Roenschianae tres sunt partes, quarum unâ praefatio continetur, alterâ noua carminis recensio cum commentario critico, tertiâ commentarius, quo et res et uerba accurate explicantur. In hac tertia inprimis parte mira uiri doctrinae ubertas enitet, cum ibi eae agantur res, in quibus ille iam diu regnat, uulgaris dico latinitatis rationem et antiquitates Christianas et biblicorum latinorum lectiones uetustas.

Anno 1877 tertia carminis apologetici editio Ernesto Ludwig curante in bibliotheca Teubneriana prodiit. Neque ille ea re actum egit; nam cum ipse quoque uulgarem Romanorum sermonem penitus cognitum haberet et uia ac ratione progrediretur, satis prospere ei res cessit, quoad eius sine noua codicis Mediomontani collatione fieri potuit.

De noua collatione codicum Mediomontanorum.

Quas modo memorauimus carminis apologetici editiones et commentationes, eae omnes sola Pitrae collatione nitebantur, quamquam hic ipse fatebatur 'raptim se ignotum carmen' ex codice descripsisse²⁵⁾. Itaque uiris amplissimis, qui corpori scriptorum ecclesiasticorum latinorum iussu et sumptibus Academiae Caesariae Vindobonensis edendo praesunt, operae pretium esse uisum est, nouam codicis Mediomontani instituire collationem.

Et primo Henricus Stephanus Sedlmayer anno 1879, dum aliorum negotiorum causa Cheltenhami uersatur, illorum uirorum monitu non solum codicem 1825, quo instructiones continentur, sed etiam codicem 12261, unde Pitra carmen apologeticum edidit, inspexit et utriusque conferendi periculum fecit. Extremam autem carminis apologetici paginam totam accurate depinxit et uestigia scripturae, quae magna ex parte euanuerat, studiose indagauit. Quas ille ex utroque libro

²⁵⁾ Spicil. Solesm. IV p. 222.

nouas et egregias notauit lectiones, eae nemini non potuerunt cupidinem inicere cetera quoque cognoscendi.

Itaque anno insequenti Pio Knoell, cum in Angliam proficisceretur, mandatum est, ut inchoatum a Sedlmayero opus absolueret, qui rem tanta et diligentia et rerum peritia peregit, ut, si quid in nostra editione laude dignum uidebitur, magna ex parte illi acceptum referamus.

In collatione Pii Knoell non inueni capitulationes instructionum²⁹⁾. Has postea Henricus Beckh, amicus meus, dum studiorum causa in Anglia uersatur, rogatu meo ex codice C benigne descripsit.

De nouissimis commentationibus ad Commodiani carmina pertinentibus.

Nouis lectionibus Mediomontanis primus usus est Fride-ricus Hanssen, qui in commentatione egregia, quam de arte metrica Commodiani edidit (Argentorati apud Carolum J. Truebner. MDCCCLXXXI), postquam collationis nouae ei ex parte copia facta est, permultos locos sanauit. Idem illa commentatione ostendens Commodiani uersus, qui et aliis multis et mihi ipsi prope nullo certo ordine fluere uidebantur, tamen legibus quibusdam teneri ceteris quoque probabilem rationis metricae normam proposuit, ad quam recensendi operam dirigerent.

Nuperrime de Commodiano Guilielmus Meyer bene meritus est. Is in commentatione, quae inscribitur 'Anfang und Ursprung der lateinischen und griechischen rythmischen Dichtung'³⁰⁾, ipse quoque de uersuum Commodiani structura egit, carminis apologetici potissimum ratione habita, quia illud minus quam instructiones mendis deformatur.

Illic cum alia multa acute disputauit, tum legem ab ipso primo perspectam protulit, quam secutus Commodianus toto fere carmine binis uersibus singulas sententias concludebat. Hoc Columbi quoddam ouum erat; nam quod unus inuenit, id, postquam inuentum est, tam facile intellectu uidetur, ut

²⁹⁾ Cf. editionis nostrae p. 3 sq., 56 sq.

³⁰⁾ Abhandl. d. k. bay. Akad. d. Wiss. XVII. (1885) p. 288—307.

se quisque idem inuenire potuisse crediderit. Eius legis auxilio multis carminis locis uerborum distinctio melius quam antea institui potuit.

Ceterum uno loco, u. 565 (561) sqq., ipse Guilelmus Meyer Comodianum legem illam neglexisse concedit; sed aliis quoque locis idem uidetur euenisse, uelut u. 15 sqq. 143 sqq. 341 sqq. 621 sqq. 657 sqq. 913 sqq. 930 sqq.

Idem uir doctissimus, postquam lectiones Mediomontanas cum eo communicauit, cumulatam mihi rettulit gratiam, cum praeter eas, quas in commentatione illa proposuit, emendationes alias quoque non paucas per litteras mihi suppeditauit.

Pauca de nostra qualicumque opera addenda sunt. Inuitus rem difficillimam adgressus sum, cunctanter cedens benignae amicorum adhortationi, qui iusto melius de uiribus meis iudicabant. In ipso autem opere identidem inopinatis interpellatus impedimentis sum, et cum tandem typis exscribi libellus iam coeptus esset, nouo atque laborioso repente munere publico mihi iniuncto negotiis insuetis adeo distinebar, ut in Comodianum non tantum quantum requirebat curae inpendere possem et postremo differre editionem cogerer. Nunc uero mensibus aliquot interiectis ipse de nonnullis alia atque antea sentire coepi et retractanda quaedam censeo.

I 6, 4. Scripsi: *Versari maturum <in> infantia non capit aeuum*. Praepositio *in* quamquam post *maturam* et ante *infantia* facillime potuit excidere, tamen, quoniam ablatiui sine praepositione usus apud Comodianum late patet³¹⁾, ne hoc quidem loco fuit interponenda.

I 26, 17. Claudicare sententiam iam diu intellexeram (cf. Sitzungsberichte CVII p. 756); nunc paenitet me non recepisse, quod olim in mentem uenerat, *unda pro uita*. Comparatur enim incerta uitae humanae condicio cum nauigatione periculorum plena. De adiectiuo *uitrea* cum *unda* coniuncto cf. Verg. Aen. VII 759.

³¹⁾ Cf. indic. uerborum et locutionum.

I 39, 6. Hic uersus in cod. C ita scriptus est: *Vnde simulatis aliene christo credatis*. Ego post multam haesitationem haec recepi: *Vnde simulantis alieni Christo credatis*. Sed et codicis scripturae et sententiae uniuersae magis congruit, quod sero intellexi: *Vnde simulatis alia, ne Christo credatis*, — i. e. 'Vos, Iudaei, quod Rebeccae de caelo nuntiatum est, aliter, atque oportet, interpretamini, ne uidelicet uera interpretatione Christo credere cogamini.' — *Vnde* idem ualet quod 'de qua re.'

II 12, 16. Et sententiae et uersui succurres, si scripseris: *ut reddat(ur) fama pro morte*.

II 14, 7. Pro antiquissima lectione *quã* cum ceteris scripsi *nam*; sed nescio an *quando* potius fuerit recipiendum, quae uox alias quoque apud Commodianum idem ualet quod *cum* aduersarium; cf. II 23, 2. 35, 10.

II 15, 12. *Rectos, corde bonos, deuotos legi diuinae]* Comma post *corde*, non post *rectos* ponendum erat, cum locutio *rectus corde* in interpretationibus latinis scripturae sacrae saepe occurrat, uelut Psal. 7, 11. 10, 3. 31, 11. 36, 14.

II 18, 18. Pro *momeriũ*, quod in cod. C inuenitur, *momentum* scripsi. Satius fuit eius loco *materiam* ponere; cf. II 26, 2: *Et dare materiam ceteris exemplo uiuendi*, ubi *materia* eadem notione uidetur usurpari, qua *norma* uel *praeceptum*.

II 33, 8. Scripsi: *Faustum felicem[que] diem in exitu uultis habere*; sed debui syllabarum abundantiam *in* potius quam *que* deleto coercere.

II 35, 15. *fundenda* magis quam *fienda* arridet; cf. u. 3: *quo uenisti fundere preces*.

A. 189. *esse*, quod ms. habet, pro *ex se* restituendum est. Cf. 537: *Ille duos populos praedixerat esse futuros*.

A. 543. *setis <e>rectis]* Conuenientius erat codicis lectionem *rectis* retinere; cf. Cypr. p. 253, 18: *alta et recta ceruix, .. tumens animus et superbus*.

Praeterea haec corrigenda uel addenda sunt:

A) in textu:

I 18, 10 lege *retacuit* pro *reticuit*;

I 22, 2 l. *sortis* pro *sortes*;

- I 30, 18 post *sterilis* semicolon pro exclamationis signo ponendum;
- I 36, 8 l. *numquam* pro *nunquam*;
- II 12, 3 l. *quoniam* pro *quonium*;
- II 12, 6. 16, 1 l. *expecta, expectant* pro *exspecta, exspectant*;
- II 19, 21 l. *Xancta* pro *Xanta*; cf. I 35, 21;
- II 23, 2. 36, 8 l. *extinguis* pro *exstinguis*;
- II 27, 1 l. *zacones* pro *Zacones*;
- II 35, 19 l. *subridis* pro *subrides*;
- A. 152 l. *Diabuli* pro *diabuli*;
- A. 303 comma post *est* delendum;
- A. 659 l. *ydrias* pro *hydrias*;
- A. 834 l. *ebdomadis* pro *hebdomadis*.
- B) in commentario critico:
- I 26, 31 addendum: *Tertull. adu. Iud. 5: uox sanguinis fratris tui proclamat (cod. Fuld.) ad me de terra;*
- I 34, 11 *Caesares* pro *Caesar* scribendum;
- II 13, 3 add. praeter *Genes. 9, 25* etiam: *Dan. 13, 56: semen Chanaan' et Ezech. 16, 3: 'radix tua .. de terra Chanaan';*
- II 15, 5 locis Tertullianeis add.: *Lucif. Calar. p. 271, 7 H.;*
- II 19, 17 add.: cf. *A. 202: Praetermisso Deo luxurias saeculi mauult;*
- II 24, 8 in Hansenii lectione *te* pro *de* scribendum;
- II 27, 6 in codicum Cheltenhamensis et Andecauensis lectione ante *ministeria* excidit *sacra*;
- II 31, 2 add.: in *Cypriani testim. p. 109, 15 H., quem locum Commodianus uidetur imitatus esse, codicis A manus 1. et ipsa 'communia' scripsit;*
- A. 231 *caro nata]* add.: cf. *incert. auct. adu. Marcion. V 139: 'Christus caro nasci uenit in orbem';*
- A. 703 in lectione codicis *M dñm* pro *ñm* scribendum;
- A. 780 add.: cf. *u. 712: 'modo credere fas est.'*

C) inter textum et commentarium:

I 28, 1 add.: *Gal.* 5, 22;

II 1, 13 add.: *Act.* 9, 5; cf. *Lucif. Calar.* p. 270, 26 H.:
'*calcem mittere contra stimulum*';

II 2, 12 add.: *Judith* 16, 18;

II 3, 14 scrib.: *Apoc.* 21, 23 pro 20, 23;

II 4, 7 add.: *Psal.* 96, 5; *Judith* 16, 18;

II 16, 19 add.: *Gal.* 2, 14;

II 22, 12 add.: *Esai.* 58, 7 (*Cypr.* p. 108, 20 H.);

II 26, 9 add.: *Incert. auct. carm. adu. Marcion.* III 227;

II 31, 2 add.: *Tob.* 4, 9 (*Cypr.* p. 109, 15 H.);

II 38, 4 add.: *Matth.* 21, 22; *I Ioh.* 3, 22;

A. 268 add.: *Dan.* 9, 26 (LXX);

A. 580 add.: *Luc.* 8, 15;

A. 972 add.: *Mich.* 5, 8;

A. 1000 add.: *Malach.* 4, 1 (*Cypr.* p. 94, 22 H.).

Iam denuo prodeat Commodianus non ille quidem tersus atque limatus, at sui ipsius, spero, paulo similior. Multa etiam nunc restant melius conformanda, multa explicanda accuratius, quibus doctiores et acutiores quam nos sumus prospere operam inpendant.

Superest, ut Guilelmo Hartel et Marco Zucker, qui in plagulis corrigendis opera et consilio benigne et enixe me adiuuabant, maximas pro meritis agam gratias.

Scribebam Onoldi mense Martio anni 1887.

Bernhardus Dombart.

COMMODIANI INSTRUCTIONES
PER LITTERAS VERSVVM PRIMAS.

Index siglorum.

- S.* = Sitzungsberichte der phil.-hist. Classe der kais. Akademie der Wissenschaften.
- b. Gbl.* = Blätter für das bayer. Gymnasialschulwesen.
- C* = cod. Cheltenhamensis, membran., n. 1825 (saec. XI).
- B* = cod. Parisinus, chartac., lat. n. 8304 (saec. XVII).
- A* = cod. Leidensis, chartac., Vossianus lat. in octavo n. 49 (saec. XVII).
- O* = *CBA*
- t, m, s* litterae codicum siglis additae indicant lectiones in textu, in margine, supra lineam scriptas.
- And.* = cod. Andecauensis deperditus (cf. b. Gbl. 16 p. 341 sqq.; S. 107 p. 733 sqq.)
- Σ^1 = uariae lectiones apographi Sirmondiani in appendice editionis I exscriptae (cf. S. 96 p. 450 sq.; 107 p. 737 sq.).
- Σ^2 = eiusdem apographi lectiones in commentario editionis II citatae.
- Σ = Σ^1 et Σ^2 .
- r^1 = ed. I anni 1649 } ab ipso Rigaltio curatae et Tulli Leucorum
 r^2 = ed. II anni 1650 } publicatae (cf. S. 96 p. 448 sqq.).
- r = r^1 et r^2 .
- r^3 = ed. III, quae anno 1666 post mortem Rigaltii Phil. Priorio curante sub Rigaltii nomine Parisiis prodit (cf. S. 96 p. 462 sq.).
- E¹, E², E³* = tres indices emendationum editioni I subiuncti (cf. S. 96 p. 449 sq.; 451 sq.).
- Rig. suppl.* = supplementa typis impressa, quae editioni II Rigaltianae addita sunt (cf. S. 96 p. 462).
- Rig. ms.* = adnotationes in locos quosdam Instructionum in exemplari Berolinensi (libr. impr. c. not. mss. quart. 49) editioni I et II manu Rigaltii conscriptae (cf. S. 96 p. 466; 107 p. 714).
- Schurzfl.* = ed. Schurzfleischiana anni 1705 (S. 96 p. 464 sqq.).
- Schurzfl. suppl.* = Schurzfleischiana supplementa ad Commodianum anno 1709 edita (cf. S. 96 p. 466 sqq.).
- Dau.* = Iohannes Dauisius (Dauies) in editione Instructionum anno 1712 Cantabrigiae publicata (cf. S. 96 p. 463).
- Oehl.* = Franciscus Oehler in editione Instructionum anno 1847 Lipsiae in bibliotheca patrum eccles. lat. Gersdorfiana sumptibus Tauchnitzii publicata.
- Ld* = Ernestus Ludwig in editione Teubneriana anni 1878.
- v* = *Oehl.* et *Ld.*
- C. A.* = Carmen Apologeticum.
- s. u.* = sub uoce.
- s. l.* = supra lineam.
-

COMMODIANI INSTRUCTIONES PER LITTERAS VERSVVM PRIMAS.

LIBER PRIMVS.

- I. Praefatio.
- II. Indignatio Dei.
- III. Cultura daemonum.
- IIII. Saturnus.
- V. Iuppiter.
- VI. De fulmine ipsius Iouis <audite>.
- VII. De septizonio et stellis.
- VIII. De sole et luna.
- VIIII. Mercurius.
- X. Neptunus.
- XI. Apollo sortilegus falsus.
- XII. Liber pater Bacchus.
- XIII. Inuictus.
- XIIII. Siluanus.
- XV. Hercules.

In codd. CBA haec capitula primo libro praemissa binis exarata sunt columnis; in B¹ et A desunt numeri, quos in B Rigaltius, ut uidetur, addidit; et is quidem in numeris scribendis arabica, librarius codicis C romana utebatur forma. Editiones Rigaltianae octoginta utriusque libri capitula uno tenore scripta praebent; Oehler capitula omnino omittit. Inscriptio Liber primus deest in O; in C autem ante capitula haec leguntur: Incip̄ commodiani instructiones per litteras uersuum primas; cf. p. 5 V Iuppiter Cr VI audite om. Or¹; in r² hoc uerbum uncino seclusum XII bachus C XIII Syluanus BA

- XVI. De dis deabusque.
 XVII. De simulacris eorum.
 XVIII. De Ammudate et deo magno.
 XVIIIII. Nemesiacis uanis.
 XX. Titanes.
 XXI. Montesianis.
 XXII. Hebetudo saeculi.
 XXIII. De ubique paratis.
 XXIIII. Inter utrumque uiuentibus.
 XXV. Qui timent et non credent.
 XXVI. Repugnantibus aduersus legem Christi <Dei uiui>.
 XXVII. Stulte non permoreris Deo.
 XXVIII. Iusti resurgunt.
 XXVIIIII. Diuiti incredulo malo.
 XXX. Diuites humiles estote.
 XXXI. Iudicibus.
 XXXII. Sibi placentibus.
 XXXIII. Gentilibus.
 XXXIIII. Item gentilibus ignaris.
 XXXV. De ligno uitae et mortis.
 XXXVI. De crucistultitia.
 XXXVII. Qui iudaeidiant fanatici.
 XXXVIII. Iudaeis.
 XXXVIIIII. Item Iudaeis.
 XL. Iterum ipsis.
 XLI. De Antechristi tempore.

XVI diis *Or*; cf. ipsius carminis inscriptionem XVIII deo] dō *C*; in *A* et *B*¹ lacuna unius uersus est, quam Rigaltius in *B* recte expleuit XXII seculi *O*; cf. acrostichi initia XXV credent scripsi (cf. acrostichi inscriptionem et initium u. 20); credunt *BAr*; in *C* extremae litterae parum dilucide scriptae XXVI aduersus legem Christi (Christi om. *r*¹) *Cr*; aduersus leg. (sic, omisso Christi) *BA* dei uiui *r*¹; om. *Or*²; cf. p. 33 XXX aestote *C* XXXVI crucistultitia scripsi; crucis stultitia *Or*; sed uide, quae ad acrostichi inscriptionem notauimus XXXVII Qui iudaeidiant (iudeidiant *C*) fanatici (fantatici *C*) *CB*² (= Rig.) *r*; Qui Iud. (ceteris omissis) *B*¹*A* XXXVIII iudeis *C* XLI Antechristi scripsi; cf. acrostichi inscriptionem et initium u. 6; Antichristi *O* *r*

I.

PRAEFATIO.

Praefatio nostra uiam erranti demonstrat
 Respectumque bonum, cum uenerit saeculi meta,
 Aeternum fieri, quod discredunt inscia corda.
 Ego similiter erraui tempore multo
 Fana prosequendo parentibus insciis ipsis; 5
 Abstuli me tandem inde legendo de lege.
 Testifico Dominum: doleo pro ciuica turba,
 Inscia quod pergit periens deos quaerere uanos;
 Ob ea perdoctus ignaros instruo uerum.

1, 2 sq. Tit. 1, 2; 2, 13; 3, 7 7 2 Cor. 1, 23; Matth. 15, 32

In codd. BA ante primum acrostichon legitur inscriptio: Commodiani instructiones per litteras (litteras A) uersuum primas, quae inscriptio hic deest in C (cf. p. 3) I, inscript. et I I. Praefatio. | Praefatio rOehl. (cf. S. 96 p. 461; Frid. Hanssen in dissert. de arte metrica Commodiani p. 40); Praefatio. | Prima praefatio CB¹A; ante Prima B² add. 1; I. | Praefatio. | Prima praefatio Ld 2 seculi Or 3 quod] quoniam Pitra Spicil. I p. 543 4 Ego CA^{mrv}; ergo BA^t 5 sq. prosequendo. Parentibus . . ipsis, | Abstuli La Croze (Schurzfl. supplem.) 6 Abstuli rv; Abstulit O 7 Testifico C (cf. Neue² II p. 323); Testificor BArv 8 pergit periens CLd (coniecturâ); perdit periens BA^t; perdit pergens A^m Oehl.; perdit, pergens r; perit pergens Dauies querere C uanos CB² (= Rig.) Arv; uarios B¹ (cf. S. 107 p. 731) 6 sqq. interpunctio in edd. uariat: de Lege. | Testificor Dominum; doleo. prô ciuica turba! | Inscia . . uanos. r; de Lege, | Testificor Dominum. Doleo pro ciuica turba | Inscia . . uanos! Oehl.; legendo (de lege | Testificor Dominum): „Doleo pro ciuica turba.” Roensch (Zeitschr. f. d. hist. Theol. ann. 1873 p. 218); de Lege | (Testificor Dominum): Doleo pro ciuica turba! | Inscia . . uanos! Ld 9 perdoctus B²Arv; perdoctos CB^tA^m

II.

INDIGNATIO DEI.

In lege praecepit dominus caeli, terrae marisque:
 Nolite, inquit, adorare deos inanes
 De manibus uestris factos ex ligno uel auro,
 Indignatio mea ne uos disperdat ob ista.
 Gens ante, Moysi rudis, sine lege morata 5
 Nesciensque Deum, defunctos reges orabant,
 Ad quorum effigies faciebant idola uana.
 Translatis Iudaeis Dominus de terra Aegypti
 Inposuit legem postmodum et ista praecepit,
 Omnipotenti sibi soli deseruire, non illis. 10

De resurrectione quoque docetur in ipsa
 Et spe fortunata rursum in aeuo uiuendi,
 Idola si uana relinquantur neque colantur.

2, 1 Psal. 145, 6; Act. 4, 24 2 sqq. Exod. 20, 3—5; Deuter.
 6, 13—15 10 Deuter. 6, 13 12 cf. 1, 2

II inscr. II Indignatio dei *C*; similiter in *C* plerumque numeri acrostichorum inscriptionibus praeponuntur, interdum tamen postponuntur uelut I 24: Inter utrumque uiuentibus XXIII 1 precepit *C* Deus *Pitra Spicil.* I p. 543 terrae *OE¹r²v*; terraeq. (*sic!*) *r¹* 2 inquit *C* 3 De m. 1 in ras. 5 genr *C* moysi *C* (rudis Moysi = ignara mandatorum diuinorum); Moysem *BALd*; Mosen *r Oehl.*; Gens rudis ante Moysen (iam) *Pitra l. c.*; post ante comma interposui 6 Nestiensque *C* defuncto^f reges *C* (f m. 1 superscripsit; *S.* 107 p. 716; *b. Gbl.* 16 p. 350); defunctos deos *And. v*; morientes (moriētes *A*) deos *BAr* 7 fatiebant *C* 8 egypti *C* 9 Inposuit *C* p̄modū *C*; cf. 11, 3 irta precepit *C* 10 Omnipotenti *OLd*; Omnipotens *r Oehl.* 11 resurrectione .. decetur *C* 12 spe fortunata *Ld*; spē fortunatā *C*; spem fortunatam (fortunatum *r¹*) *BAr¹*; spe, fortunatum *E³r² Oehl. coll.* 12, 15 simile uiuentes; 34, 19 immortale uiuere euo uiuendū *C* 13 relinquant̄ neque conlantur *C*

III.

CVLTVRA DAEMONVM.

Cum Deus omnipotens exornasset mundi naturam,
 Visitari uoluit terram ab angelis istam;
 Legitima cuius spreuerunt illi dimissi;
 Tanta fuit forma feminarum, quae flecteret illos.
 Vt coinquinati non possunt caelo redire, 5
 Rebelles ex illo contra Deum uerba misere.
 Altissimus inde sententiam misit in illis;
 De semine quorum Gigantes nati feruntur.
 Ab ipsis in terra artis prolatae fuere,
 Et tingere lanas docuerunt et quaeque geruntur, 10
 Mortales et illi mortuos simulacro ponebant.
 Omnipotens autem, quod essent de semine prauo,
 Non censuit illos recipi defunctos e morte.
 Vnde modo uagi subuertunt corpora multa;
 Maxime quos hodie colitis et deos oratis. 15

3, 2 sqq. Gen. 6, 2 sqq.

III, 1 C////////dĩ C¹ (post C quattuor uel quinque litterae erasae; dĩ quoque erasum, ita tamen ut legi possit); Com dĩ C² in margine exornasset C; exornaret BArv; ornaret Pitra Spicil. I p. 543 3 culus C demissi A 4 feminañ q C 5 quoinquinatio C possunt CBA^mLd (de ut = ex quo cf. Georg. HW⁷ p. 2988 sq.); possent A^r Oehl. celo C; ita plerumque C habet celum, celestis etc. 4 sqq. Tanta .. illos, | Ut .. non possent .. redire. | Rebelles r Oehl.; melius uerba distinxit Ld, nisi quod comma post redire in textu omisit 7 sententia C illis CBA^mLd; illos A^r Oehl. 9 artis C; artes BArv prolatae BArv (cf. locum Horatianum infra allatum); probata C fuere C; fuerunt BArv 10 quaeque Ld coll. C. A. u. 749; 803; qeũq C; quaecunque BAr Oehl.; Et tingi lanas docuerunt quaeque geruntur Pitra Spicil. I p. 543 11 illi mortuos (mortuo r¹; cf. S. 107 p. 738) simulacro (simulacra r¹) Cr¹ (cf. Horat. carm. IV 8, 5 sqq. artium, Quas aut Parrhasius protulit aut Scopas, Hic saxo, liquidis ille coloribus Sollers nunc hominem ponere, nunc deum); illis mortuis simulacra BAr²v 12 Ompl C 13 censu & C recepi B defuntos C 14 consentire hic cum reliquis codd. et edd. Andeca. uensem testatur Baluzius; cf. b. Gbl. 16 p. 351 15 et deos C; deos et BArv

III.

SATVRNVS.

Saturnusque senex si deus, deus quando senescit?
 Aut si deus erat, cur natos ille uorabat?
 Terroribus actus, sed quia deus non erat ille,
 Viscera natorum rabie monstruosa sumebat.
 Rex fuit in terris, in monte natus Olympo, 5
 Nec erat diuinus; sic deum esse dicebat.
 Venit inops animi, lapidem pro filio sorpsit:
 Sic deus euasit; dicitur modo Iuppiter ille.

V.

IUPPITER.

Iuppiter hic natus in insula Creta Saturno
 Vt fuit adultus, patrem de regno priuauit,
 Proinde nobilium uxores sororesque delusit.
 Praeterea sceptrum fecerat faber illi Pyracmon.
 Initio caelum, terram Deus et mare fecit; 5
 Terribilis autem iste medio tempore natus
 Ex antro processit iuuenis furtimque nutritus.
 Respice querellas! Alter est Deus, non Iouis ille.

III, 2 sqq. uorabat, | Terroribus actus: Sed .. erat ille, | Viscera *r*¹; uorabat | Terroribus actus? Sed quia deus non erat ille, | Viscera *r*²*v*; *ego post uorabat posui interrogationis signum; a uerbis Terroribus actus respensionem orditur poeta* 4 monstruosa *CBLd*; monstruosã *A*; monstrosa *r Oehl*. 6 diuinus *BArv*; diuin¹ *C*; diuini (= *dei filius*): sic *Seb. Dehner* (et hanc et alias, quarum infra mentio fiet, eiusdem uiri docti coniecturas ex litteris eius benigne ad me missis cognoui) *fr*¹ *C*¹ (= sic temere; de qua notione cf. quae *Heindorf* adnotat in *Horat. serm. I 2, 106*; similiter in *Graeco sermone usurpantur οὐτως, αὐτως*; de se omisso cf. *S. 107 p. 796*); se *BALd*; sed *r Oehl*. esse *O Ld* sese *r Oehl*. 7 Venit inops animi] cf. *Verg. Aen. 4, 300*; *Ouid. Met. 6, 37* sorpsit *A^mr²v*; sersit *C⁶*; a¹ forb | fit *C^m*; sorpsit *r*¹; sensit sorpsit *B*; sensit *A*^t. 8 dicitur] dic *C* V, inscr. et 1 Iupiter *r* 4 Pr&erea *C* faber om. *A* ille *C* Pyracmon *Brv*; Pyragmon *A*; piragmon *C* 5 Initiũ *C* (*I in ras. m. 1*) 6 Terribilis] *T in C m. 1(?) in ras.* ist¹ *B* 7 andro *C* 8 que≡rellas (*post que uidetur i erasum*) alter ^{est} *e* (est *m. 2 add.*) *C* (querellas = *controuersias Dei ueri et Iouis*; cf. *Petron. 15* aduocati . . ; flagitabant, uti . . iudex querellam inspiceret); quod rerum autor (auctor *rv*) est *BArv*; Respice, quae (pue)rilia — alter est *Seb. Dehner*

VI.

DE FVLGINE IPSIVS IOVIS AVDITE.

Dicitis o stulti: Iouis tonat, fulminat ipse.

Etsi paruulitas sic sensit, cur anni dicentes?

Fuistis infantes: numquid et semper eritis?

Versari maturum <in> infantia non capit aeuum.

Lusus puerilis cessit: sic et corda recedant; 5

Moribus utique consilia uestra debentur.

Insipiens ergo Iouem tonitruare tu credis

Natum hic in terris et lacte caprino nutritum;

Ergo si illum deuorasset * * Saturnus,

In istis temporibus quis pluebat illo defuncto? 10

Praesertim mortali patre deus nasci credatur?

Saturnus in terris senuit et defecit in ipsis.

Illum non aliquis prophetauit ante pronasci.

6, 2 sq. Prou. 1, 22; Ephes. 4, 14

VI, inser. audite *CLd*; *om. BAΣ²r Oehl.* 2 Etsi *scripsi*; Et si *Orv* sic sensit *Cr Oehl.*; sic (sis *A*) censit *BA*; sic censet *Ld* cur] cum *malit Oehl.* anni dicentes *C* (*de toto loco cf. S. 107 p. 789 sqq.*); annis ducentis *BArv* 3 numquid *Oehl.*; nūquid *C*; nunquid *BArLd* 4 Versari maturum *scripsi*; Versarj̄ maturum *C*; Versa in maturum *BArv* in *addidi* capit *Or Oehl.*; agit *Ld*; sapit *Huemer (Zeitschr. f. d. österr. Gymn. 1879 p. 34)* aeuum *BArv*; *om. C*; Versa in maturum infantia nuncupat aeuum *Hanssen* 5 cessit *C*; aetas cessit *Arv*; αταά (= *aetas*) cessat *B*; actus cessat *Σ¹* 4 sq. aeuum | Lusus; puerilis aetas *rv* 6 utique *C*; uirilibus *BArv*; *cf. b. Gbl. 18 p. 302* 7 tonitruar&u *C* 8 natum *OLD*; natus *r Oehl.* hic *Cr Oehl.*; sic *BALd* et *C*; *om. BArv* nutritum *ALd*; nutritus *CB*; nutritur *r Oehl.* 9 Ergo *C*; *r add. m. 2* deuorasset Saturnus *Or Oehl.*; deuorauisset Saturnus *Ld*; deuorasset <metu> Saturnus *Hanssen* 9 sq. Ergo si illum uorasset Saturnus in istis | Temporibus, quis <iam tunc> pluebat, illo defuncto *Pitra Spicil. I p: 543 (immemor legis acrostichidis)* 11 Praesertim (Presertim *C*) *OLD*; (= *disertim, manifesto? cf. 41, 17; C. A. 647*); Praesertim si *r Oehl.* credatur? *scripsi*; credatur, *r¹*; credatur. *r² Oehl.*; credatur! *Ld* 12 et ibi defecit (*om. in ipsis*) *Pitra l. c.* 13 ante pronasci *C¹*; *idem Oehl. in adnot. coniecerat*; ante prenasci *C²*; ante praenasci *BA Ld*; praenasci (*om. ante*) *r Oehl.*; patre renasci *Pitra l. c.*

Vel, si tonat ipse, lex ab ipso lata fuisset.
Seducunt historiae fat(u)os confictae (inanes). 15

Ille autem Cretae regnavit et ibi defecit.
Omnipotens uobis factus Semeles amator.
Viuus ipse modo amaret similiter [si uiuere] ille.
Inpuros oratis et dicitis esse caelestes
Semine mortali natos de Gigantibus illis. 20

Auditis et legitis natum in terra fuisse:
Vnde bene meruit corruptor ascendere caelum?
Dicitur et fulmen Cyclopas illi fecisse,
Inmortalis enim habuit a mortalibus arma.
Tot reum criminibus, parricidam quoque suorum, 25
Ex auctoritate uestra contulistis in altum.

14 lota C 15 Seducunt historiae fat(u)os confictae (inanes) *scripsi* (cf. 17, 1); Seducunt istoriae fatos cū fue() C; Seducunt historiae per uates confectae (confictae *A^mr Oehl.*) *BARv*; Seducunt per uates historiae confictae *Pitra l. c.*; Seducunt historiae fat(u)os cum fu(ile narrent) *Hanssen*; S. h. fat(u)os cum fue(rint finctae) *Dehner* 16 autem] a. A Cretae regnavit *Hanssen* (cf. *Minuc. Fel.* 21, 8 Cretae .. regnavit illic obiit); hor& inregna ũ C; in Creta regnavit *BARv*; Cretam regnavit *Dehner* 17 Semeles *Dehner* (cf. 12, 6; de clausula ' ' ' ' cf. 8, 3); Ganymedis *A^tE²r²* in lemmate adnotationis, *Schurzfl. suppl.*; ef medis C; &me B; erme ... *A^m*; crme (erme?) Σ; Alcmenes r in textu 18 Viuus *scripsi* (= si uiueret; cf. *Plaut. Menaechm. u.* 245 R. Verum aliter uiuos (= si uiuo) numquam desistam exsequi); Viuis *OLd*; Viris *Ld* in praef.; Viuos r *Oehl.* amaret similiter *scripsi*; similiter amaret *Or Oehl.*; simularet (scil. amorem) *Ld* si uiueret *BARv*; si uiuere C; ego haec uerba seclusi, quae ad explicandum uocabulum uiuus primo in margine scripta deinde in uerborum contextum uidentur irrepsisse; cf. 34, 19; II 32, 10*; Viuos (uel Viros) isto modo (huc pertinere glossam similiter) amaret, si uiueret ille *Huemer* 19 Inpuros C 22 maeruit B cel C 23 siclopas C fecissent C 24 Inmortalis C hebuit C 26 autoritate BA

* Haec cum iam scripsissem, ex litteris, quas supra memorauī, cognoui Seb. Dehnerum de hoc uersu mirum in modum mecum consentire, nisi quod hic pronomen ille aut emittendum aut inter similiter et amaret inserendum putat.

VII.

DE SEPTIZONIO ET STELLIS.

De circulo zonae fallit uos imperitia uestra,
Ex eo quod forte Iouem experitis orandum.

Saturnus fertur ibi, sed stella, non ille; effugit
Expulsus a Ioue. Aut Iouis in stella credatur?
Poli quoque sidera tractauit solusque sator, 5
Troianis qui bellum fecit, auem mortalem amauit.
Ipsis sideribus aut Mars qui cum ipsa deprensus
Zelo maritali deus nominetur adulscens?
O nimium stulti, qui putatis moechos ab astris
Nascentes regere aut totam mundi naturam. 10

VII, 1 zone *C* uña *C* 2 qđ (= quod) *C*; quod *BA*; que
r Oehl.; quid *Ld*, qui post orandum interrogationis signum posuit; Ex
eo quod forte idem uidetur ualere quod Si forte ex eo expetitis *Dau.*
Oehl. 3 sq. stella, non ille: effugit | Expulsus *Ld*, nisi quod comma
post stella omittit; stella non ille | Effugit (Expugit *C*; cf. II 33, 6)
expulsus *O*; stella; nam ille | Effugit, expulsus *r*¹; Effugit expulsus Σ
quoque habuisse testatur. *r*² in comment.; stella; nam ille | Expulsus *r*²;
stella; nam ille effugit | Expulsus *Oehl.*; fortasse: stella, non ille qui
fugit | Expulsus; cf. Verg. Aen. 8, 319 sq. Saturnus .. arma Iouis
fugiens 5 quoq; *C*; quoque *BA r*¹; qui *r*² *v* solusque sator
*Or*¹ *Ld* *Hanssen*, qui mensuram solu'que cunctanter admittit; solique
sator *r*² *Oehl.* 6 auem mortalem $O \Sigma^2 r^1 Ld$; Venerem almam *r*² *Oehl.*
7 Ipsis in sideribus *Ld* qui scripsi (qui deprensus = ὁ ἀλώς; cf.
C. A. 345; *Roensch. It. et Vulg. p.* 443); q; *C*; om. *BA v* ipsa *Or*
Oehl. (= domina; cf. *Georg. HW*² p. 375; *Woelfflini libellum de comparatione*
p. 3); ista *Ld* ('scil. Venere'; at *Veneris in antecedentibus*
codices non faciunt mentionem) deprensus *Oehl. in comment.* (cf.
Ouid. Met. 4, 184); deprensus *C*¹; deprehensus (depraehensus *A*) *BA*
rv 8 Zelo *CA*¹ *rv*; et ilo vel elo *BA*^m mortali *r*¹ nominetur *O*
Ld (ut u. 4 credatur); nominatur *r Oehl.* interrogationis signum post
adulscens primus posuit *Ld*; maritali? deus .. adulscens. *Oehl.*; mortali.
Deus (maritali; Deus *r*²) .. adulscens. *r*; maritali, Deus nominatur
ulciscens *Pitra Spicil. I p.* 543; maritali, deus nominetur adulter.
Hanssen 9 O nimium *CB*² (= *Rig.*) *rv*; O ninium *A*¹; Omnium
*B*¹ (expunctum altera manu) *A*^m moechos *CLd*; marhos *BAnd. \Sigma*²;
natos *r*¹; Maios *r*²; Magnos *Oehl.* 10 totam mundi naturam *rv*; tota
mundi natura *O*

In uulnera positi et ipsi sub fata uiuentes,
Obsceni, furiosi, bellatores, impii uitae,

Et filios totidem mortales illi fecere:
Terribilis omnis, stulti, septizonio fortis!

Si stellas colitis, colite et bis sena sigilla! 15

Tam arietem, taurum, geminos toruumque leonem

Et dein quae uadunt in piscis tu quoque probabis.

Lex sine lege, fuga uestra, quod uult esse ualebit.

Lasciua uult esse, sine freno uiuere quaerit.

Ipsi quod uultis erit, et deos et deas oratis. 20

Sic ego colui, dum erraui, quod modo culpo.

VIII.

DE SOLE ET LVNA.

De Sole et Luna, licet sint praesentanea nobis,

Erratis; quod ego prius putatis oranda.

II uulnere *Pitra Spicil. I p. 540* fata *A¹rv*; facta *CBA^m*; fato *Oehl. in comment.; cf. 17, 3* 12 Obsceni *Cr^v*; obsceni *BA* (*Rigaltius in B per errorem s. l. scripserat o nimium; sed atramentum recens ipse extinxit*) furiosi *CDau.* (*coniecturâ*) *Oehl.*; curiosi *BArLd* impii uitae (uite *C*) *O*; impiae uitae *rv* 13 filius *C* 14 Terribilis omnis .. fortis *O*; Terribiles omnes .. fortes *rv* 16 Tam *O* (= *aeque, haud secus?*); Tum *rv* toruumque *scripsi* (*cf. II 36, 4; Cic. deor. nat. II 42, 106; 43, 110 ubi toruu' draco, magnu' leo et ipsa de caeli signis dicuntur*); *çōřorūq* *C* (*C¹: cororūq, quod correxit m. 2*); ferumque *BArv*; cancrumque *Dehner coll. Auien. Arat. 369 sqq.* 17 dein quae *scripsi*; dein *C*; denique *BArv* euadunt *r¹Oehl.* piscis *scripsi* (*qui bissena zodiaci sigilla complectuntur uersiculi uulgares, sic desinunt: Caper, Amphora, Pisces' r² comm.*); piscibus *Orv* tu quoque *OrLd*; coque *r²Oehl.*; tuque *Hanssen* 15 *sqq. uulgo sic fere interpungebantur: sigilla | Tum, arietem .. leonem; | Et denique .. in piscibus: tu quoque (piscibus, coque,) probabis? (.)* 18 fuga uestra (*uřa C*) *OrOehl.* (= *indomita fabulandi libido atque licentia? Diez, etym. Woerterb.⁴ p. 371 censet uocabula romanica foga, fougue originem ducere ab eo quod est fuga*); fugat astra: *Ld*; idem 'olim' maluit fata uestra *qđ C* 19 freno *Cr^v*; fraeno *A¹*; frario *Σ¹BA^m* querit *C* 20 *qđ C* 21 culpi *C*; cului *correxit m. 1* quod *rOehl.*; quo *OLd* VIII, 1 uobis *A^m* 2 quod *Or* (= *id quod*); (Erratis,) quod, ut *Dau. Oehl.*; quae *Ld*

Sunt quidem in astris, sed non sua sponte currunt:
 Omnipotens illos, cum conderet omnia primum,
 Locauit ibidem cum stellis quarta dierum. 5
 Errorem antiquus quin cum * * *

Et quidem in lege iussit, ne quis illos adoret.
 Tot deos oratis, qui nihil de uita promittunt,
 Lex quorum in terra non est, nec ipsi praedicti;
 Vos autem seducunt sacerdotes pauci <inanes>, 10
 Numina qui dicunt aliquid morituro prodesse.
 Accedite legis <edictis> et dicite uerum.

VIII.

MERCVRIVS.

Mercurius uester fiat cum saraballo depictus
 Et galea et planta pinnatus et cetera nudus.

8, 7 Deuter. 4, 19; 17, 3

3 sponte currunt *Orv* (de clausula $\underline{\text{A}} \underline{\text{U}} \underline{\text{A}} \underline{\text{U}}$ cf. 17, 9; II 6, 8; 17, 19; 22, 2; 27, 9; 31, 10; U. A. 66); sponte <de>currunt *Hanssen*
 5 locauit r^2v ; locauitque Or^1 ; cf. 11, 5 cum] eum *C* stellis
A^mr Oehl. (Genes. 1, 16); seclis *O*; saeclis *Ld* ('h. e. temporibus, quae
Sole et Luna constituuntur') 6 antiquus CBA^mrv ; antiquis A^t
 quia *A* post eum in *C* spatium duodecim fere litterarum uacuum
 relinquitur; *Oehl.* lacunam sic explet: Errorem antiquus (sc. *Moses*) quin
 cum <uideret, notauit> 7 legē *C* 9 predicti *C* 10 secerdotes
C pauci] prauī A^m ; pauci prauī *Ld coll.* 17, 1 Deludunt uos pauci
 scelerati uates inanes; ex eodem loco *Hanssen* restituit pauci inanes
 II Numina qui ALd ; Nomini qui CB ; Numinis qui $r^1 Dau. Oehl.$;
 Numinis quid r^2 12 Accedite Arv ; Accedit CB legis <edictis>
 et dicite uerum *scripsi* (cf. II 26, 8 cum fe<ce>ritis edicta); legis et
 dicite uerum *C*; legis et dicite uerum BA^t (pro legis in
B ueris scriptum fuit, quod m. 1 correxit); discite A^m ; (Accedite,) legite
 et discite uerum *r Oehl.*; (Accedite) Legi et <discite et> dicite uerum *Ld*;
 (Accedite) legi, <legite> et dicite uerum *Hanssen* VIII, 1 fiat *C*
BA^mΣ¹rv; fuit A^t ; fit *Oehl.* in comment. saraballo rLd ; Saraballo
^{arabalo}
B; saraballo *A*; araballo *C*; abolla $B^m A^m Σ^1 Oehl.$ 2 et planta *scripsi*
 (cf. *Tertull. Nat.* 1, 14 extr.; *Apol.* 16 extr.; b. *Gbl.* 17 p. 446); et
 pallā *C*; et palam $BAΣ^1$; aut pileum *r*; et pileum *Oehl.*; (galea,) et
 ala *Ld* pinnatus $CArLd$; primatus *B* (ante m et a atramenti ex-
 tincti maculae); pennatus $Σ^1(?) Oehl.$

Rem uideo miram, deum <cum> saccello uolare:
 Currite pauperculi cum gremio quo uolat ille,
 Vt sacculum effundat, uos extunc estote parati. 5
 Respicite pictum, quoniam uobis hic ab alto
 Iactabit nummos; uos tunc saltate securi.
 Vane, non insanis, colere deos pictos in axe?
 Si uir esse nescis, cum besteis perge morari.

X.

NEPTVNVS.

Neptunum facitis deum ex Saturno pronatum,
 Et tridentem regit, ut pisces suffigere possit.
 Patet esse deum: humerale illi parate!
 Troianis non ipse cum Apolline muros eduxit?
 Vnde deus factus inops caementarius ille? 5
 Non Cyclopem genuit monstrum? non moechus et ipse?

3 cum saccello *r Oehl.*; sacello (*quod cunctanter repudiavi; cf. u. 5*)
O; saccello *Ld* (*idem in commentario cum haud improbare uidetur*)
 4 pauperculi *Cr Oehl.* (*S. 107 p. 772*); pauperculi *Hanssen*; pauperenti *BA^t*;
 proper. (*sic!*) *A^m*; properanti *Ld* 5 Ut] in^{u (= u)} *B* sacculum *Cⁱ*; *cf.*
C. A. 611 extunc] tunc *Oehl. in comment.* parati *CA^trv*; parato
BA^m 6 quō (= *quoniam*) *Crv*; quo *BA* hic *C*; *sic BARv*
 7 uofllτllucⁿ *C*; uos tunc *BARLd*; uos nunc *Oehl.* 8 colore *C*
 9 uir esse nescis *scripsi*; uiuifltenrefcif *C*; uiuere nescis *BARv*
 besteis *C* (*S. 107 p. 766; Schuch. Vokal. II p. 38; Woelfflin. Arch. f.*
lat. Lex. u. Gramm. I p. 250; 588; III p. 107); bestiis *BARv* X, 2 regit
Or^tLd; gerit *r²Oehl.* sufficere *C* 3 humerale illi parate *scripsi*
 (*humerale = uestis sacerdotalis; cf. Vulg. Leuit. 8, 7; Eccli. 45, 10;*
Exod. 28, 4; Ducange s.u.); cumerale milli parate *C*; cumatilem illi p.
BA; (deum!) cumatile illi parate! *Ld*; (deum) cumatilem illo paratu *r*
Oehl. 5 inobs *C* caementarius *rv*; Coementarius *A*; cimentarius
CB 6 lenuit *C*; quod *m. 1 correxit ut sit* γenuit (= genuit; *cf.*
Wattenb. lat. Palaeogr.³ p. 41) moechus *CA^sAnd.* (*b. Gbl. 16 p.*
348); marhus *BA^tΣ^t*; Maius *r*; Magnus *Oehl.*; Num Magnus et ipse |
 Viuere non p. *etc. 'olim' maluerat Oehl.* ipse?] *interrogationis signum*
Ld in commentario primus posuit, in textu omisit

Viure non poterat de suo, quod structuram gerebat.
Sic genuit generatus, qui fuit iam mortuus olim.

XI.

APOLLO SORTILEGVVS FALSVS.

Apollinem facitis citharoedum atque diuinum.
Primum de moechia natus in insula Delo;
Oblata mercede postmodum structuram secutus
Laomedonti regi Troianorum muros eduxit
Locauitque sese, quem deum seducti putatis; 5
Ossibus cuius amor Cassandrae flagrauit,
Subdole quem lusit uirgo, falliturque diuinus,
Officio uerbenis <non> potuit scire bicordem;
Repudiatus enim discessit inde diuinus.
Torrui hunc uirgo specie, quam ille deberet. 10
Illa prior utique debuerat deum amasse.

7 quod *Or*; quid *v* structuram gerebat *Ld*; structura gerebat *Or*; structura merebat *Oehl*.; structor agebat *Dehner* de suo? .. gerebat? *uulgo interpungebatur*; *cf. Zeitschr. f. wissensch. Theol. XXII p. 399 sq.* XI, 1 citharoedum *r Oehl.* (*cf. Prud. in Symmach. 2, 523 laurum citharoedi uatis*); citharedū *C*; cytharae (cytharae *B*) deum *BA*; citharae deum *Ld* 2 moechia *C*; moecha (?) *And.* (*S. 107 p. 772*) *Ld*; marhia *BAΣ¹*; Maia *r*; Magna *Oehl.* 3 meicede *C* p̄modū *C¹*; postmodū *C²*; *cf. 2, 9; S. 107 p. 775* structuram secutus *Ld*; structura secutus *CBA²*; structuram secutus *A²*; structor (,) obsecutus *r Oehl.* 4 Laomedonti regis *C* (*f. add. m. 2*) 6 cassandre *C* 7 falliturque *r Oehl.* (*cf. Ouid. Met. 1, 491* suaque illum oracula fallunt); falliturq̄ *C*; falliturq̄ *B(?)A*; fallitur qui *Oehl.* (*in comment.*) *Ld* diuinus] diuus *C¹* 8 Offitio *C* uerbenis *CBA^m* (*Seru. in Verg. Aen. 12, 120* Abusue .. uerbenas iam uocamus omnes frondes sacratas ut est laurus, oliua uel myrtus); uerberis *A²Ld*; ueruecis *r Oehl.* non *interposuit Hanssen*; *om. codd. et edd.* bicorde *O* 9 Repudiatus] *e in C ex u correctum* enim] *ex in Oehl. in comment.* in/le *C*; ante *e erasum m* 10 Torrui *r²* (*in comment.*) *v*; Terrui *Or* spetiem *C* 11 Illa *r² Oehl.*; Ille *Or¹ Ld* prior utique .. deum *scripsi* (utique prior *Hanssen*); prior tuq̄ .. dñi *C*; prior tu qui .. deum *BA*; prior, te qui .. deum *r¹*; prior quae .. deum *r² Oehl.* (*idem in comment.*: ‘Olim malui: Illa purior, quae respuerat’); prior qui tum (tum qui *in praefat.*) .. deam *Ld* amasse *Hanssen* (*coll. II 9, 6; Roensch. It. et Vulg. p. 431*); amauisse *rv*; amanse *C*; amause *BA*; post amasse cum *r¹ punctum pro commate posui*

Lasciuientemque Dafnem sic coepit amare.
 Et tamen insequitur, dum uult uiolare puellam:
 Gratis amat stultus, nec potuit consequi cursu.
 Vel, si deus erat, occurreret illi per auras: 15
 Sub tectis illa prior uenit, remansitque diuinus.

Fallit uos gens hominum, nam ui robusti fuerunt.
 A primitia quoque pecora pauisse refertur.
 Lusibus in positis dum mitteret discum in altum,
 Sublapsus non potuit retinere, prostrauit amicum: 20
 Vltimus ille dies fuit Hyacinthi sodalis.
 Si diuinus erat, mortem praecessisset amici.

XII.

LIBER PATER BACCHVS.

Liberum patrem certe bis genitum dicitis ipsi.
 In India natus ex Ioue Proserpina primum
 Belligerans contra Titanas profuso cruore

12 Lasciuientemque *CLd*; Lasciuientem qui *BAr¹*; Lasciuens qui *r² Oehl.* dafnem *C* (cf. *Schuch. Vokal. II p. 412*); daphnem *B*; daphem *A*; Daphnen *rv* cepit *C* amare. *scripsi*; amare: *r*; amare, *Oehl.*; *interpunctionem deleuit Ld* 13 Et tamen insequitur *Or Oehl.* (*uidetur poeta incautius imitatus esse Ouid. Met. 1, 540* Qui tamen insequitur); Et amens insequitur *Ld* 14 cursū *C* 16 diuinus *C* 17 gens *r²v*; genus *Or¹* ui robusti *scripsi* (cf. *Cypr. p. 541, 1 H.* uirtute robustus; *cogitandum uidetur de gigantibus priscis; cf. Gen. 6, 4* Gigantes autem erant .. isti sunt potentes a saeculo uiri famosi; 10, 9 Et erat (Nemrod) robustus uenator, *quibus locis inter ueterimas interpretationis Graecae recensiones de lectionibus γίγας et βίαιος, γίγαντες et βίαιοι ambigebatur*); *βιροτῦλλι C*; *βιγο* (= bigo? cf. *Wattenb. lat. Palaeogr.³ p. 41*) *tristi B*; *βιγο* *tristi A*; *βιγο* (?) *tristi Σ*; *uictu tristi r*; *typho tristi Oehl.*; *βιουο triti Ld*; *idem suspicatur: uitio triti; uitiosi isti Huemer* 18 A primitia *C*; *aprmutia B¹*; *Aprmutia A^m*; *Admeti aduerti*
Aprimutia Σ¹; *aprmutia Σ²*; *Admeti A^tr* (cf. *Cypr. Quod idola etc. c. 2 p. 20, 1 sqq. H.*; *b. Gbl. 16 p. 350 sq.*); *aduerti B¹ in marg.* *peccora C*; *om. r³, Schurzfl.*; *cf. S. 96 p. 464 fertur Oehl.*
 19 Lusibus *BArv*; Libus *C* in positis *scripsi*; inpositis *C*; impositis *BArv* 20 postrauit *C* 21 diacynthi *C* 22 praecessisset *C*; *praecessisset A^m*; *praesciisset B*; *praesciisset A^tr v* XII, *inscr.* *bachus C* 2 Ioue Proserpina *Or* (= *Proserpinâ natus ex Ioue*); Ioue et Proserpina *Dau. v* 3 titanus *CAr Oehl.*; Titanes *BLd*

Expirauit enim sicut ex mortalibus unus.
Rursus flato suo redditus in altero uentre. 5

Percepit hoc Semele iterum Iouis altera moecha,
Absciso cuius utero prope partu defunctae
Tollitur et datur Niso nutriendus alumnus.
Ex eo bis natus Dionysus ille uocatur,
Religio cuius in uacuo falsa curatur, 10

Bacchantur et illi, qualis nunc ipsi uidentur,
Aut † peticulones mineruionis quesutoris
Conspirant in malo, proludunt fincto furore,
Ceteros ut fallant dicturos numen adesse.

4 Expirauit *C* enim] exin *Oehl. in comment.* 5 flato *C* (1 altera (?) manu expunctum) *BA^mr¹* (flato = *spiritui, animae, uitae?* cf. u. 4 Expirauit; *August. de ciu. Dei XIII, 24, uol. I pag. 595, 8 D²*: Hoc (*πρωή*) .. est in Graeco etiam illo loco apud Esaiam (57, 16), ubi deus dicit: *Omnem flatum ego feci*, omnem animam sine dubitatione significans; *Prudent. Peristeph. 3, 168 sq.* Pax datur artibus ex animis, | Flatus in aethere plaudit ouans; *de metaplasms declinationum cf. indicem*); fato *A^rrv* redditur *Oehl. in comment.* in] is *A* 6 Percepit *scripsi*; Percipiet *CB*; Praecipiet *A*; Percipit *rv* hoc *Or Oehl. (sc. flatum?)*; hunc *Oehl. (in comment.) Ld* semel *C* moecha *CA^mAnd. (b. Gbl. 16 p. 348) Ld*; marha *BA^t*; Maia *r Oehl.* 7 Absciso *C*; Abscisso *BA^rrv* partu *O* (u littera in *B* paene a est) *r¹ Ld*; partum *r² Oehl.* 9 dionisius *C*; Dionysius *BA* 10 Relçgio *C*; j (= i) per e litteram *m. 2 duxit* uacuo *CB A^r Oehl. (cf. Jenaer Literaturzeit. 1879 p. 194)*; uacho *A^m*; Baccho *Ld* 11 Bachantur *C* qualis *C*; qualia *BA^rrv* 12 p&iculones mineruionis quesutoris *C*; periculones Mineruionisque (Mimnermonisque $\Sigma^2 r^2$) sutores $\Sigma^2 r$; periculones Minermonisque sutoris *BA*; Mimnermomerique sutores *r² in comment. (qui ex Mimnermi et Homeri carminibus in alium sensum consutis et concinnatis risum captabant in theatri)*; periculosae Mimallonesque sorores *Oehl. (quod haud improbandum uidetur, si pericyclades pro periculosae scripseris)*; heri calones, mimi Eronisque tutores *Ld* 13 ficto *Cⁿ*; ficto *BA^rrv* Conspirante Malo, proludunt ficto furore *Hanssen* 14 dicturos] dicendo *Ld in praefat.* numen *Arv*; nom̄ *C*; nomen *B*

Hinc manifeste rudes homines sine le⟨ge⟩ uiuentes 15
 Vino permutati, primo quod expresserat ille,
 Sub ludicro suo honorem illi dedere.

XIII.

INVICTVS.

Inuictus de petra natus si deus habetur,
 Nunc ergo reticeo; uos de istis date priorem!
 Vicit petra deum, quaerendus est petrae creator.
 Insuper et furem adhuc depingitis esse,
 Cum, si deus esset, utique non furto uiuebat. 5
 Terrenus utique fuit et monstruosa natura,
 Verteabatque boues alienos semper in antris,
 Sicut et Cacus Vulcani filius ille.

15 Hinc manifeste rudes homines sine le⟨ge⟩ uiuentes *Hanssen* (cf. 2, 5 Gens ante, Moysi rudis, sine lege morata); Huic manifeste rudes homines simile uiuentes *C*; Hinc manifeste rudes homines simile uincentes *BA*; Hinc manifeste uides homines simile uiuentes *r Oehl.*; Hinc manifeste uides homines sic mille uincentes *Ld* 16 permutati *CB A^tr¹Ld*; moti *A^m*; permutati *r²Oehl.* primo *C* (litteram *j m. 2 scripsit*); primo *r¹*; primus *BAr²v* qđ *C* 17 dedere *r²Oehl.*; debere *Or¹*; debuere *Ld* XIII, 1 Inuictus] cf. *Timoth. Fabri dissert. de Mithrae dei solis inuicti apud Romanos cultu* (*Elberf. 1883*) p. 26 sqq. petra *rv*; patre *O* 2 ergo reticeo *C²Σ²(?)*; ergo retiuo *C¹*; ergo retiuo *BA^t*; rogo *A^m*; ergo retro *r Oehl.*; malim ego reticeo uos de istis date priorem *Or Oehl.* (= *Ego ipse tacebo, uos audiam loquentes; exhibete mihi eum, qui et Inuicto illo et petra, unde ortus est, prior sit; iam ipsi peruenietis ad Dei ueri cognitionem. — Praepositio de hic, ut alias ab, pro quam aut ablatiuo comparationis usurpatur; eius rei exemplum Georges, HW.⁷ p. 1768, e Gromaticis uett. 11, 19 affert*); Nunc ergo terreno uos dedistis: date priori! *Ld* 3 quendus .. petre *C* 5 utiq non *C*; 'est qui malit: Cum si Deus esset, utique non furto uiuebat. Sed haec particula utique rursus occurret uersu proxime seq.' *Rigalt. in comment. ed. II*; unquam non *BA^m*; unquam, non *v*; nunquam non *A^t* 6 monstruosa *COehl.*; 'Placet emendatio: Monstruosa' *Rigalt. in comment. ed. II*; monstriuora *BArLd* (*Tres primae edd. habent monstriuora; falso igitur Ld: 'monstruosa edd.'*) 8 uulgani *C*

XIII.

SILVANVS.

Siluanus unde deus iterum apparuit esse?
 Inde forte placet, eo quod bene fistula cantat?
 Largitur quoniam lignum? Nam forte non esset.
 Vaenalem emisti dominum, cum tu ipse sis illi.
 Aspice, deficit lignum! quid illi debetur? 5
 Non te pudet, stulte, tales adorare tabellas?
 Vnum quaere Deum, qui post mortem uiuere dicit!
 Secede ab istis, qui sunt biothanati facti.

XV.

HERCVLES.

Hercules quod monstrum Auentini montis elisit,
 Euandri qui solitus erat armenta furare,
 Rustica mens hominum, indocilis quoque, pro laude
 Cum gratias agere uellent, absentis Tonantis

XIII, 1 apparuit O 2 qđ C 3 quoniam rv; quō C; quō B;
 quoq; A nam Crv; non BA 4 Venalem emisti A; Vanalem emisti
 B; Vanale memisti C; Venalem emisti rv; cf. Paulin. Nol. poem. adu.
 pagan. u. 31; Jahrb. f. class. Philol. 123, p. 431 sq. deum r²
 comm. cum tuipsesis C; cum impseris B; cum empseris Arv
 illi rv (= cum tu ipse illi sis dominus); ille O uulgo sic interpunge-
 batur: dominum: cum empseris, illi, | Aspice 5 Adspice A deficiet
 Hanssen; fortasse: defecit 6 p̄ll/det C 7 quaere A^trv; querere C;
 quaerere BA^m deum] dō C, quod m. 1[?] correxit ut sit dōō p morte
 C¹; p̄ mortē C²; cf. S. 107 p. 775 dicit Davies (coniecturā; cf.
 21, 8; 35, 21; C. A. 763 qui promittit uiuere semper) Hanssen;
 dic& (i = i altera manu scriptum) C; diat^{docet} B; diat^{donat} A; diat r; docet
 Σ¹Σ² ('pro emendatione' r² comm.) Oehl.; duat Ldr² comment., ubi
 haec adnotantur: 'Quid si Commod. scripserit duat? archaice, pro de-
 derit'; sciat Vonck lect. lat. I p. 74; ego suspicabar duit (= faciat)
 scribendum esse; cf. 26, 37; 28, 2 et b. Gbl. 17 p. 447; ceterum illic
 quae disserui, non iam omnia mihi probantur XV, 1 qđ C
 montes C 2 solit^s (= us) C furare C (cf. Georg. HW.⁷ s. u.); furari
 BArv 3 mens CrLd; mons BA; gens Σ²; cf. S. 96 p. 453
 indocilisq; A^m 4 uellint C absentis tonantis Or¹Ld; absenti
 Tonanti E¹r²Oehl.; cf. Dion. Halic. 7, 39

Vouerunt hostias inepto ut deo orando, 5
 Laetandas aras in memoriam sibi fecerunt.
 Ex eo perrexit, de uetusto more colatur.
 Sed deus hic non est, licet fuit fortis in armis.

XVI.

DE DIS DEABVSQVE.

Dicitis esse deos, qui sunt manifeste cruenti,
 Et dicitis fata genesis adscribere nobis?

Dicite nunc ergo, quibus primum sacra ferantur:
 Inter utrumque uias mors inmatura uagatur.
 Si tribuunt fata genesis, cur deum oratis? 5

Deciperis, uane, qui Manes quaeris orare,
 Et qui fabricantur dominos tibi nuncupas esse.
 Aut feminas quoque nescio quas deas oratis,

5 Vouerunt *A^mrv*; Voluerunt *C*; Voluerunt *BA^t* inepto *OLd*;
 inepti *r Oehl.* dō/// *C* (*eras. m*) 6 Laetandas *OLd*; Lactentes
r Oehl.; Litandas *Pitra Spicil. IV p. 225* 7 perrexit *Guil. Hartel*;
 prorexit *CBA^m*; prorepsit *A^t*; prouenit *r Oehl. in textu*; prouenit ut
Oehl. in comment.; pro rectis *Ld*; prouexit (*sc. mens*) *M. Zucker*
 colantur *Ld*; *idem aris ad rectis, arae ad colantur supplet et confert*
C. A. 1015 quos .. pro magno colebant XVI, inscr. diis O;
cf. quae in u. 4 adnotauimus 1 q^u *C* (*ui m. 2 add.*) 2 geneseis
malit Pitra Spicil. IV p. 225 ascribere *Ld* nobis *O*; uobis
rv 4 utrūque *C*; utrumque *BA* (= *utrorumque*; *cf. Neue² II p.*
256); utrimque *rv*; *fortasse* utramque uiam; *cf. Verg. Aen. 3, 685*:
 Inter utramque uiam leti discrimine paruo inmatura *C* post
u. 4 in O unius uersus spatium relinquatur praemissa una littera I; *ne-*
que tamen excidisse hic quidquam uidetur, sed librarius aliquis perperam
haec interposuisse, ut uersuum initia formae diis, quam in inscriptione
inueniebat, accommodaret 5 Si tribuunt *rv*; Si tribuunt (*spatio*
interiecto) *BA*; Si & tribuunt *C* fa///ta *C* (*ante t erasum c*)
 genesis *CBA^mrv*; geneses *A^t*; genesis *Pitra l. c.* 6 qris *C^t*; qris^{uo}
C² 8 At *Oehl.* quoq^{uo} *C* (*ue m. 2 add.*)

Bellonam et Nemesim, deas Furinam, Caelestem,
 Virgines, et Venerem, cui coniuges uestrae delumbant. 10
 Sunt alia praeterea daemonia <procul a> fanis,
 Quae nec numerantur adhuc et in collo feruntur,
 Vt nec ipsi sibi rationem reddere possint [pestes].
 Exportari magis in ultima terra deberent.

XVII.

DE SIMVLACRIS EORVM.

Deludunt uos pauci scelerati uates inanes,
 Extricare suam dum quaerunt * * uitam.

Subornant aliis ex se sub mysteria falsum.
 Inde simulantes concussi numine quodam
 Maiestatemque canunt et se sub figura fatigant. 5
 Vidistis saepe Duellonarios, quali fragore

9 Nemesim *scripsi*; nemissem *C*; Nemesin *BARv* Furinam, Caelestem *scripsi* (*de Caelesti uirgine cf. Augustin. de ciu. Dei 2, 4*); furiāma caelestem (caelestem) *O*; Fariam unā Coelestem (coelestem *r*¹) *r*; 'in apographo (= Σ) legitur: Fariam' *r*² *comment.*; Fariam, unā Caelestem *Oehl.*; Fariam, iram caelestem *Ld* 10 Virgines *A^rv*; Virginis *CBA^m* coniuges *C*; 1 m. 2. in rasura *scripsit*; primo eius locum *g uidetur tenuisse*; coniungere *A* uestre *C* 11 p̄torea demona *C* post daemonia (doemonia *A*) in *BA spatium duarum uel rium litterarum relinquitur* <procul a> fanis *scripsi* (= quae templa non meruerunt); <plurima> fanis *Hanssen*; uestris in fanis *Huemer*; fanis *O* (*Ld falso: fana AB*) *rv* 13 rationem reddere possint. *scripsi* (*cf. Lucret. 2, 763; 4, 570*); possint rationem reddere pestes *O*; possint rationem reddere. Pestes | (Exportari) *rv*; Ut nec ipsis possint rationem reddere pestis *Hanssen*; ego pestes, quod uerbo possint bis scripto ortum esse opinor, uncis inclusi 14 ultimas terras *r*³ *Oehl.* XVII, 2 querunt *C* post quaerunt uel uitam excidisse aliquid apparet; mercede uitam *Pitra Spicil. I p. 543*; uitam inanem *Ld* (*comm.*); uitam egenam *Hanssen*; fraudibus uitam *M. Zucker* 3 alias *A^m* ex se *Oehl. Ld* (*cf. 19, 11*); esse (ēē *C*) *Or* misteria *C*; sub mysterio *Oehl. in comment.*; sed *cf. 7, 11; 27, 19* falsum] sacrum (*Ld falso sanctum*) *Dau.* 4 Inde simulantes *r Oehl.* (*S. 107 p. 749*); Indisimulantes *C*; Indissimulantes *BALd* concussi *Or¹Ld*; concuti *r²Oehl.* numine *Arv* (*cf. Verg. Aen. 7, 385 simulato numine*); nomine *CB* 5 Maiestateque *Oehl. in comm.* 6 sepe *C* Duellonarios *scripsi* (*cf. S. 107 p. 748 sq.*); dulcemarios *C*; didemarios *BAΣ¹*; Dindymarios *r Oehl.*; dites moechos *Ld*

Luxurias ineunt, dum furias fingere quaerunt,
 Aut cum dorsa sua allidunt parca bipinne,
 Cum doctrina sua cernant, quod cruore sanent.
 Respicite, quoniam non illos numina cogunt, 10
 Ipsi qui se primum componunt integra mente;
 Sed stipem ut tollant ingenia talia quaerunt.

Ex eo uidete, quoniam sunt omnia ficta.
 Obumbrant populum supplicem, perituri ne credant.
 Res semel in uano de uetustate processit, 15
 Vt uaticinánti credantur prodita falsa;
 Maiestas autem illorum nulla locuta est.

7 Luxurias *CBr* (cf. *Schuch. Vokal. II p. 159*); luxias *A* ineunt
rv; ineñ *C*; in eum *B*; ineant *A* qrun[?] *C* 8 allidunt] *B* primo
scripserat alligunt; sed eadem manus allidunt correxit parca *OLD*
 (cf. *Cypr. de laps. c. 14* manu parcente contrectat); spurca *r Oehl.*
 bipinne *C* (*Schuch. Vokal. I p. 345*); idem in *B* primo scriptum erat;
 bipenne *B* (ex correctione primae manus) $A\Sigma^2(?)rv$ 9 doctrinam
 suam *Ld* cernant *Cr*¹ (*S. 107 p. 750*); seruant *BAr*²*v* quod cru-
 ore *Cr Oehl.* (de clausula $\perp \underline{v} \perp \underline{v}$ cf. 8, 3); quid corpore *Ld*
 sanent *C*; sanant. (sanant? *Ld*) *BArv*; Cum doctrinae suae seruiunt,
 quod cruore sanant? *Oehl. in comment.* 10 Respicite *CArv*; Respuite
B quoniam *Ld*; quō *C*; quod *A^m*; quo *BA^tr Oehl.* ñ illos *C*;
 non illos *BAr Oehl.*; nonnullos *Ld* numina *A^t* (*corr.*); nomina
A^t (*primo*); nomine *CBA^m Oehl.*; numine *Ld* 11 ipsi *OLD*; ipsis
r Oehl. componunt *C* 12 $\overset{u}{f}$ pem *Cⁱ* querunt *C* (*idem sic constanter*
aut quero aut qro) 13 qm̄ *C* facta in *C* primo scriptum erat;
 deinde prius a mutatum in *l* (= *i*) 14 supplicem *Ld*; supplice *C*
BA^t; simplicem *A^mr Oehl.* ne credant *OLD*; (simplicem, perituri) ni
 credant *r Oehl.* 16 Vt *Or*¹*r*²*v*; Et *r*³ (*S. 96 p. 462 sq.*); falso igitur
Dau. Oehl. Ld uel editiones uel Rigaltium Vt exhibere dicunt uati-
 cinanti *A^mrv*; uaticiniant *C*; uatici manti *BA^t* credantur prodita
Hanssen; credatur proditi *C*; credatur prodit *BA*; credatur proidenti
r Oehl.; credatur prodiit *Ld* 17 locuta est *A^mrv*; locutus est *B*;
 locutus est *CA^t*; fortasse legendum locutust; de generis insolito usu cf.
C. A. 467: Tunc sic et ipsa maiestas .. profitetur ipse quis
 esset

XVIII.

DE AMMVDATE ET DEO MAGNO.

Diximus iam multa de superstitione nefanda,
Et tamen exsequimur, ne quid praeterisse dicamur.

Ammudatem qui suum cultores more colebant,
Magnus erat illis, quando fuit aurum in aede;
Mittebant capita sub numine quasi praesenti. 5
Ventum est ad summum, ut Caesar tolleret aurum:
Defecit numen uel fugit aut transit in ignem.
Auctor huius sceleris constat, qui formabat eundem.
Tot uiros et magnos seduxit false prophetans,
Et modo reticuit qui solebat esse diuinus. 10

Erumpebat enim uocis quasi mente mutata,
Tamquam illi deus ligni loqueretur in aurem.

XVIII *Hoc acrostichon, suo loco positum in C, omissum in B¹ et A, extrema codicis B parte additum est manu Rigaltii (= B²); de qua re cf. S. 107 p. 718 sq. — De Ammudate recentiore aetate disputauerunt Hamann in Ludwigi praefatione p. XXXIII, Mordtmann et Redslob in Zeitschr. d. deutsch. morgenl. Gesellsch. XXXI p. 91 sqq.; XXXII p. 733; Ed. Meyer in lex. mythol. Roscheri p. 291; Studniczka in archaeol.-epigr. Mittheil. aus Oesterreich-Ungarn VIII p. 59 sqq.* 2 qđ pterisse C 3 Ammudatem qui scripsi; Ammudatemque B²rv; Ambuatemq C morecolebant C; more (= stulte?) tollebant? 4 aede B²rv; edem C 5 Mittebat C numine B²rv; nomine C 6 sumum C cesar C auro C 7 Defecit B²rv (= mortuum est; cf. 6, 12; 16; Cypr. p. 254, 26 H.); Deficit C numen uel scripsi; numen ut CB²; numen, aut r; numen aut Oehl.; numen: aut Ld 8 constat qui B²rv; constatq C eundem B²rv; eudē C 9 seduxit scripsi; seducunt CB²r¹; seducit E¹r²v false Cr Oehl. (cf. 19, 13; II 32, 12; C. A. 393); falsa B²Ld prophetant Pitra (Spicil. IV p. 225) perperam sibi uidebatur in codice legisse 10 modo reticuit qui B²rv; modere tacuitq C; retacuit fortasse retinendum 11 Erumpebat CB²Ld; Erumpebant r Oehl. uocis C (Verg. Aen. 11, 377 rumpitque has imo pectore uoces); uoces r Oehl.; uenis B²Ld 12 Tāquā C

Dicite nunc ipsi, si non sunt numina falsa,
 Ex eo prodigio quot perdidit ille propheta.
 Oblitus est iste prophetare, qui ante solebat. 15

Monstra deo ista fincta sunt per uiniuoraces,
 Audacia quorum damnabilis numina fingit.
 Gestabatur enim et aluit tale sigillum:
 Nunc et ipse silet, nec ullus de illo prophetat.
 O nimium sed<ulo> uos ipsos perdere uultis. 20

XVIII.

NEMESIACIS VANIS.

Non ignominium est uirum seduci prudentem
 Et colere tale<a>m aut Dianam dicere lignum?

13 ñ sunt *C* (cf. 37, 10); non sint *B²rv* numina *B²rv*; nomina
C 14 ðdigio *C* quot *B²rLd* (= *si reputaueris quot; epiphonema*
causale relatiuum; cf. b. Gbl. 12 p. 176); qđ *C*; quod *Oehl.* 16 Monstra
 deo *C*; Monstra adeo *B²rv*; Monstra dei *Hanssen* fincta ñ (ñ?) *C* (cf.
 12, 13; 19, 4); ficta sunt *B²rv* u²ni (*sic!*) uoraces *C* 17 Auditiacorū
C nomā *C* 18 Gestabatur (*sc. curru uel equis*) *Hanssen*; gesta-
 bunt *C*; Gestabant *B²rv* aluit *C*; aruit *B²rv* 19 Nunc *C* *Mordt-*
mann (*coniecturā; cf. S. 107 p. 751*); Nam *B²rv* 20 O nimium sed<u-
 lo> uos *scripsi* (*cf. quae adnotantur in 7, 9*); Omniū sed uos *C*; Omnino
 sed uos *B²rv*; (prophetat |) Omnino; sed uos *v*; Omnia no<uistis>;
 sed uos *Hanssen*; fortasse ut 7, 9 *legendum*: O nimium stulti
 perdere *C* (*post perdere tres litterae erasae*) *B²rOehl.*; dementes perdere
Pitra Spicil. I p. 543; deperdere *Ld* uultis *B²* XVIII *De*
argumento huius acrostichi conferenda sunt, quae Oehler in commen-
tario affert I uirum *CA^rOehl.*; uirium *BA^m*; Virbium *Ld* haec
addens in commentario: 'hoc l. nomen proprium desiderari ex uerbis
hisce: colere talem aut Dianam dicere lignum adparet; neque uero deae
nemoris numen quodlibet coniungi potest, sed solus deus nemoris ac
uenationis Dianae similis uel eiusdem deae sacerdos, quem esse Vir-
bium antiquissimum Regem Nemorensis ac sacerdotem Dianae in
nemore Ariciensi cultae codicum scriptura probatur' 2 Et colere
CBrv; Aut colere *A* tale<a>m *scripsi* (= *ramum desectum; cf. Seru.*
in Verg. Aen. 6, 136; Arnob. adu. nat. 6, 11 coluisse .. lignum
Icarios pro Diana indolatam; Roscheri lex. mythol. p. 595; de
uocabulo talea (Ital. 'taglia) cf. Non. 4, 473 taleas scissiones lig-
norum uel praesegmina Varro dicit (r. r. I 40, 4); Diez, etym. Woerterb.⁴
p. 313 sq.); talem *Orv* aut Dianam *Arv*; audianā *CB*; aut diuam
Gothofredus in adnot. in cod. Theodos. XIV 7, 2 lignium *B*

Mane ebrio, crudo, perituro creditis uno,
 Ex arte qui fincte loquitur quod illi uidetur;
 Seuere <diuinum> dum agit, sibi uiscera pascit. 5
 Incopriat ciues unus detestabilis omnes
 Adplicuitque sibi similis collegio facto,
 Cum quibus historiam fingit, ut deum adornet.
 Ipse sibi nescit diuinare, ceteris audet.
 Succollat, quando libet, eum, et quando, deponit; 10
 Vertitur a se<se> rotans cum ligno bifurci,
 Ac si putes illum adflatum numine ligni.
 Non deos uos colitis, quos isti false prophetant:
 Ipsos sacerdotes colitis in uano timentes.
 Sed si corde uiges, fuge iam sacraria mortis. 15

3 perituro *CBA*^t *And.* (b. *Gbl.* 16 p. 346) r *Oehl.* (cf. 17, 14; periturus ideo dicitur sacerdos *Dianae Aricinae*, quia cogebatur cum eo certamen singulare inire, qui locum eius petebat; cf. *Seru. in Verg. l. c.*; *Maxim. Taurin. serm.* 101 more gladiatorum paratus ad pugnam ferrum gestat in manibus); periuro *A*^m *Ld* uno *C* (*S.* 107 p. 773); uiro *BA* *r* v 4 arte *CA* (*Ouid. Her.* 16, 142 lusimus arte uirum; *Maxim. Taur. l. c.* hoc autem — ut uino se paret ad plagas deae suae — non solum de <in>temperantia sed et de arte faciunt, ut minus uulnera sua doleant); ante *B*; antro *Ld* fincte *CB* *r* (cf. 18, 16); fecte *Av* quid *r* 5 <diuinum> dum *scripsi*; d<iuin>um *Hanssen*; dū *C*; dum *BA* *r* *Oehl.*; deum *Ld* pascit *r* v; poscit *CA* *Gothofr. l. c.*; poscit *B* 6 Incopriat *Ar* v; Incopriat *CΣ*; incopriat *B*¹ om̃s *C* 7 adplicatque *Gothofr. l. c.* similis *C*; simili *BA* *r* v collegia facta (facto?) *A* 8 hystoriam *C* deam *Gothofr. l. c.* adornet *Cr* *Oehl.*; adarnat *B*; adornat *ALd* 9 Ipsa *Oehl.* 10 libe^r (= libet) *B*; liber *A*; cf. *S.* 107 p. 723 eum *CB*² (= *Rig.*) *r* v; cum *B*¹ *A*; deum *Oehl. in comment.*; eam *Gothofr. l. c.* deponet *C* 11 a se<se> *Guil. Hartel*; a se *Or* *Oehl.* (= ἀφ' ἐαυτοῦ, non instinctu diuino); asse (= axe) *Ld*; ac se *Oehl. comment.*; ante rotans *M. Zucker inseruit* sonans *coll. Verg. Aen.* 6, 49 Et rabie fera corda tument, maiorque uideri | Nec mortale sonans, adflata est numine quando; Iam propiore dei 12 afflatum *BA* *r* v numine *B*¹ in *marg. r* v; nomine *CB*^t *A* 13 isti *C*; ipsi *BA* *r* v 15 si *Or* *Oehl.*; in *Ld* (errore typograph.?) uiges *CA*^t *r* v; uiges *B* (correctio utrum primae an alterius manus sit non liquet); urges *A*^m

XX.

TITANES.

Titanas uobis tutanos dicitis esse;
 Ita Mutas, Tacitas sub culmine uestro rogatis,
 Tot Lares aediculis, simulacra facta Titano!
 Adoratis enim stulti malo leto defunctos,
 Non legem ipsorum legentes; non ipsi loquuntur, 5
 Et deos audetis eramine dicere fusos?
 Solueretis eos magis in uascula uobis.

XXI.

MONTESIANIS.

Monteses deos dicitis, dominantur in auro,
 Obscurati malo aliena mente iurantes.

XX inscr. tita nes C I Tutanos B² (= Rig.) Oehl.; titanis C B¹ ('Titania' falso Ld) A; Titanias Ld dicitis CB²A¹rv; dictus B¹A^m 2 Ita Mutas, Tacitas *scripsi* (aut Mutae uel Tacitae deae nomen ad filios eius i. e. Lares transfertur aut numerus pluralis nominis proprii uniuersum eius modi deorum genus significat; cf. R. Kuehner. a. Gr. §. 20, 3); Aut mutas tacitas CB¹AΣ²; Immites tacitos B² (= Rig.) r; Immotos, tacitos Oehl.; Immites, tacitas Ld; *Dauies subtiliter haec adnotat: 'forsan legendum: ITA MUTAE TACITAE sub culmine uestro rogatis Tot lares; nam Lares Mutae deae filii. Lactant. Diu. Institut. I 20: Hanc (Mutam) esse dicunt, ex qua sint nati Lares. Vide sis Ouid. Fast. 2, 572; 583 sqq.'* post uestro in C erasum f post rogatis punctum ponebatur 3 Tot] in C primo scriptum erat Tol, quod m. 1 correxit aediculis ALd (= in aed.); ediculis C; aediculis B (1 in a B² superscripsisse uidetur); aediculas r; aediculae Dau. Oehl. simul acra C facta O; ficta r Oehl. 4 Adoratis enim stulti malo leto (laeto B) defunctos And. (b. Gbl. 16 p. 350) B² rv; A. e. s. m. leto (laeto B; leto A) defuncti CB¹A 6 eramine C (cf. II 9, 19); aeramine B² (= Rig.) rv; aranurae B¹A 7 Solueretis C (= soluere debebatis; cf. Kuehner. a. Gr. §. 47, 7); Solueritis BA¹rv Deos A **XXI inscr.** monte sia nis C I Monteses deos CA And. (b. Gbl. 16 p. 344) Σv; Monteses deos B; Montes et deos r; Montes esse deos Oehl. (in comment.) Hāns^{et}sen dominantur E²rv (cf. 27, 11; Verg. Aen. 2, 327 dominantur in urbe); nominentur CA; nominentur B (d et a B² = Rig. superscripsit); dominantes Hāns^{et}sen in auro CΣ¹r²; in ^{au^{ro}} B (g altera manus — Rig. ? — superscr.); in ^{au^{ro}} A; in aruo E²r¹; post auro uulgo non interpungebatur 2 Obscurati malo CB¹A¹r²v; Obsecratis (sic!) male B² (= Rig.) r¹ iurantes C (altera littera incertum utrum u an n sit); iurantes BA¹r¹; iuuantes r²v; malim curantes (= colentes); cf. 12, 10; C. A. 680

Nam si purus animus et mens serena maneret,
Tu tibi de illis ipsi disputare deberes.

Excordaris homo, si putas, ut isti te saluent 5

Seu regant, seu minuant, nisi quid tu fani decurris.

Iustitiam legis quaere magis quam illa; salutis
Auxilium portat et fieri dicit aeternum.

Nam quicquid in vano sequeris, per tempora gaudes,

In breui laetaris et postmodum plangis in imis: 10

Subtrahe te illis, si uis resurgere Christo.

XXII.

HEBETUDO SAECVLI.

Heu doleo, ciues, sic uos hebetari de mundo!

 non BA rv in uobis Ld; in ub C; muß B; mut A; tot *r Oehl.*
 enarrarem *Oehl. comment.* 16 dicentes (= *ius dicentes?*) O Ld;
 docentes *r Oehl.*; dites *Hanssen*; fort. nocentes; cf. *Cypr. p. 665, 8 H.*
 nocentes et persecutores nostros; 743, 16 nocentium contactibus
 polluuntur ostenditis O Ld; tenditis *r Oehl.* 18 terre pene
 fundamta C; fund. terrae = *gehennam*; cf. 36, 8; *alludit hic Commo-*
dianus ad Esai. 14, 19, ubi Hieronymus in comment. Symmachum
secutus interpretatur: descenderunt ad fundamenta lacu (terrae Saba-
tier) paratis O Ld; intratis r Oehl. XXX (XXVIII C), 1 ff
 C 2 Noli!!!te C (*initio Noluite*) 3 redde per imum *scripsi* (cf. 36,
 7; *eu. Matth. 25, 40*); redde primum (primū C) O (Ld falso: per primum
 A); redde per nummum (numum r¹) rv; reddito primum *Hanssen*
 4 si ualescit C; reualēscit BA rv uel] † C considerat CB (= *con-*
sederat, collapsus erat); con siderat A; conciderit *r Oehl.*; conciderat
 Ld

Mercedem <det> [tibi], pro illo sed conditor orbis et auctor.
 Vel si piget ire ad pauperem semper abosum,
 Mitte numos ei, unde se resumere possit.

Similiterque soror si paupera lecto decumbet,
 Incipiant uestrae matronae uictualia ferre. 10
 Clamat ipse Deus: frange tuum panem egeno!

Verbis opus non est uisitare sed benefactis.
 Iniquum est, frater <si> inopia uictus aegrotat.
 Satagit non uerbis, sed esum potumque [ille] requirit:
 Inspicite tales, sed certe debilitatos, 15
 Transigere sese qui non possunt; date subinde!
 A Domino uobis spondeo <ego> dari quadruplum.

30, 7 Prouerb. 14, 20 12 Esai. 58, 7 11 sqq. I Ioh. 3, 18;
 Iac. 2, 15 sq. 17 Matth. 6, 4

6 Mercedem det, pro illo sed conditor orbis et auctor *Hanssen*, nisi quod post illo, non post det interpungit; Mercedem tibi pro illo sed conditor orbis (orb C) et auctor (autor BA) *Or Oehl.*; Mercem (= mercedem) det tibi pro illo, sed conditor o. e. a. *Ld* 7 piget *Hanssen* (*Ld allegat Siracid.* 7, 39: non te pigeat uisitare infirmum); pergeret O; pigeret rv abosum rv; abosum O 8 numos *Or*¹ nummos *r²v* ei *OLd*; et *r Oehl.* resume A 9 Similitq C soror *Cr Oehl.* (*S.* 107 p. 786); foret BA; foret, *Ld* lecto (= lecto) B; laeto A decumbet CB; decumbet: *Ld*; decumbat A; decumbit, *r Oehl.* 10 uře matrone C uictualia BA 11 frang&uum C 12 op̄ ñ ē C 13 frater <si> *scripsi*; frater *BArv*; ff C egrotat C 14 Satagit non (ñ C) uerbis (= non satagit circa uerba; nihil moratur uerba) O (*Ld falso*: uerbus A); Satagite non uerbis *r Oehl.*; Satagit non uerbus *Ld* sed esum *OLd*; esum *r Oehl.* potumque requirit *r Oehl. Hanssen*; potūq̄ r̄qri& ille C; potumque requirit BA; potumque ille requirit *Ld* 15 sed] et *Ld in praefatione satis com- mode* 16 pos̄s C 17 ub̄ C spondeo <ego> *scripsi*; <ego> spondeo *Hanssen*; ego *om. Orv* quadrublū C

XXXI.

PAUPERIBVS SANIS.

Pauperies sana quid? Nisi diuitiae adsunt,
 Ars certe si fuerit, iam et tu communi⟨c⟩a fratri.
 Vnum praesta tibi, ne superbus esse dicaris;
 Polliceor, quoniam securior diuiti uiuis.
 Excipe doctrinam magis Salomonis in aures. 5
 Responsorem in alto non dedit Deus pauperem esse:
 Idcirco te subde et honorem redde potenti.
 Blandus enim sermo .. prouerbum nosti ut inquit;
 Vincitur officio etsi fuerit ira uetusta.
 Si lingua taceat, nihil melius inuenisse. 10

 Sane si non fuerit ars, unde uita regatur,
 Aut operam praebe aut cursum iussu potentis;
 Non pudeat neque pigeat procure⟨re⟩ sanum.
 In gazo praeterea de labore mittere debes,
 Sicut singularis illa, quam protulit Vnctus. 15

31, 6 sq. Sirac. 4, 32 8 sq. Prouerb. 15, 1; 25, 15?
 14 sq. Marc. 12, 41 sqq.; Luc. 21, 1 sqq.

XXXI (XXX C), 1 diuitias O; cf. S. 107 p. 755 adsunt O Ld;
 adsint r Oehl. quid? Nisi .. adsunt, scripsi (cf. b. Gbl. 17 p. 451);
 quid, nisi .. adsunt (adsint)? v Pauperies sana quid nisi diuitias
 adfert? Hanssen 2 ars B; ais A communica r Oehl.; cōmunia C;
 communia BALd 3 presta C 4 qm̄ C diuiti O Ld; diuite
 r Oehl. 5 magis O Ld; magni r Oehl. Salomonis BA r¹ v (cf. I
 31, 1; 7; C. A. 271; 481; 497; 502; 510); Solomonis Cr² (cf. 32, 4)
 6 non dedit O Ld; odit r Oehl. 7 redde tibi potenti C¹ 8 pro-
 uerbum nosti, ut inquit Hartel Hanssen ('poeta prouerbum tantum
 incohasse uidetur'); puerbium nostudīquit C; nostu dīguit BA; nosti,
 deriget rv ('h. e. rigorem lenit' Oehl.) 9 Vinciē C offitio C
 et si r 10 nihil melius inuenisse O (= nihil est quod melius inuenias?
 de clausula '— — — —' cf. I 8, 3); nil melius inuenisti r Oehl.; nihil
 melius inuenissem Ld; nihil melius inuenis isto Hanssen; fortasse nihil
 meliust inuenisse 11 ñ C degatur Oehl. comment. 12 prebe
 C 13 procurrere rv; peure C¹; procure BA saNum C 14 gaza
 A 15 ptulit C; protulit BA; praetulit rv

XXXII.

FILIOS NON LVGENDOS.

Filiorum casus licet et dolum cordis relinquat,
 In nigris exire tamen nec plangere fas est.
 Lex prudenter ait animo, non pompa dolere,
 In Salomoniaco libro, septimana finita.
 Oblita Domini de resurrectione promissa? 5
 Si martyres feceris, filios sic uoce deflebis.

Non pudet infrenem gentiliter plangere natos?
 Os laceras, tundis pectus, uestimenta diducis,
 Nec metuis Dominum, cuius optas regnum uidere.

Lugere [quod fas est] nolite, tamen orate pro illis! 10
 Vos ideo tales, quod minus quam gentes eritis?

32, 3 Sirac. 22, 11; 38, 16 sqq.? 4 Sirac. 22, 13

XXXII (XXXI C), 1 dolum (dolū C) O (cf. S. 107 p. 786 sq.);
 dolium rv relinquunt A 2 tam C 3 non pompa r¹Ld; ñ pōpa
 C; ũ pompa BA; nec pompa r²Oehl. dolere Ld; dolore C; dolore
 B (Ld falso: dolore); dolores A; dolete r Oehl. 4 Salomoniaco BA
 r¹v; Solomoniaco Cr² (cf. 31, 5) 5 Domini scripsi (cf. Cypr. p. 310,
 18 H. si in Christo credimus, fidem ... promissis eius habeamus);
 deum OLd; Dominum r Oehl. Hanssen resurrectione C promissa,
 r²v; promissa. r¹ 6 mar tyres C feceris, filios scripsi (i. e. si
 martyres defles, filios quoque deflebis; cf. Georg. HW² s. u. facio caput
 14); feceris filios O; feceris filios, r Oehl.; feceris, Ld (omisso filios,
 quod ne BA quidem habere falso putauit); filios feceris, Hanssen
 deflebis? rv; deflebas O 7 infrenē C; infraenē B And.? (b. Gbl. 16
 p. 343); infrene A gentilit̃ C 8 lacera^a C^a uestim̃ta C
 diducis Or¹Ld; deducis And.(?) r²Oehl. 9 dominum C And. rv (cf.
 20, 13); dūm BA (om. Ld) 10 Lugere OLd; Luge r Oehl.
 quod fas est seclusi; explicatio enim uidetur ad orate uerbum pertinens,
 quae in margine primo adscripta postea in textum migravit; cf. I 6,
 18 nolite OLd; noli r Oehl. tam C orate C; errare BA rv;
 Lugere quod fas est nolitis? orate pro illis Hanssen 11 quod rv;
 qđ O; quid Dawies quā gentes BA eritis O (i. e. num uos
 propterea mortem adeo horretis, quod post eam deteriore condicione
 utemini quam gentes?); eritis (sine interpunct.) Ld; estis: r; estis?
 Oehl.

Germine zabolico facitis ut turbae pronatae,
 Extinctos clamatis: qua gratia, false, petisti?
 Nec dolore duxit pater filium mactandum ad aram,
 Dolore nec uates filium luxit defunctum; 15
 Omnipotentis enim nec flens deducebat alumnum,
 Sed Deo deuotus festinanter funus agebat.

XXXIII.

DE POMPA FVNERIS.

De funeris pompa sollicitus esse qui quaeris,
 Erras Dei seruus, adhuc et in morte placere,
 Pro! exanim(at)um corpus ornari funestum.
 O uanitas uera, cupere defunctis honorem!
 Mens mundo detenta nec in morte Christo deuota, 5

32, 14 Gen. 22, 1 sqq. 15 II Reg. (Sam.) 12, 19 sqq.

12 Germine zabolico facitis ut turbae pronatae *r Oehl.* (cf. 16, 7 sq. Altissimi prolis cum filiis Zabuli mixta etc.); Germine zabolico ut faciatis turbe pronate *And. (b. Gbl. 16 p. 345; S. p. 740)*; Germine zabolico qua gratie (C; grati B; gratis A) false petisti O; Germine zabolico: qua gratia false petistis? *Ld* 13 Extinctos clamatis: qua gratia, false, petisti? *scripsi* (de qua gratia cf. *Woelfflin. Arch. I p. 173; sententia haec uidetur esse: qua alia de causa liberos optasti, improbe, nisi ut te duce ad uitam caelestem peruenirent; quo cum iam peruenerint, quid tu clamas? — De numerorum inconstantia cf. II 18, 15; ceterum de totius loci et compositione et explicatione uix quidquam certi dici potest*); Extinctos clamatis. qua gratia? false, peristi? *r*; Extinctos clamatis, qua gratia, false, peristi. *Dau. Oehl.*; Extinctos clamatis ut faciatis (fatiatis C) turbae pronatae (tbe pnate C) O; Extinctos clamatis, ut faciatis turbam pronatam *Ld*; Quam gratiam false petisti. Extinctos clamatis, ut faciunt turbae (gentilium) pro natis *Pitra Spicil. IV p. 230* 14 Nec dolore duxit *And. ? (b. Gbl. 16 p. 343) rv*; Nec dolore dux̄ C; Nec dolorem duxit *BA* pat̄ C filium fortasse delendum, cum ex insequenti uersu cogitatione suppleri possit 15 defunctum filium luxit *Hanssen; cf. 31, 10* 16 alūnū C 17 deuotus *rv*; deuotos O festinant̄ C XXXIII (XXXII C), I sollicitus *CA* 2 Error *Oehl. comment.* et *Or¹ Ld*; *om. r² Oehl.* 3 exanim(at)um *Hanssen* (cf. 18, 19; *C. A. 646*); exanimum (exanimū C) *Orv* corp̄ C^{us}; corp̄ C² 5 deuota! *Ld*; deuota. *r Oehl.*

Prouerbiū nosti, quæ per forum efferri uolebat!
Addo illi similes efferata mente uiuentes.

Faustum felicem[que] diem in exitu uultis habere,
Vt coeat populus, laudem cum luctu uidere.
Non prouides, quonam merearis ire defunctus? 10
Ecce prosequuntur illi, tu iam forte cremaris
Redactus in poenam: quid proderit pompa defuncto?
Incusatus eris qui ob ista collegia quaeris.
Sub nigrore cupis uiuere: te decipis ipsum.

XXXIII.

CLERICIS.

Congruit in Pascha, die felicissimo nostro,
Laententur et illi, qui postulant sumpta diurna:

6 Prouerbiū nosti *scripsi* (cf. 31, 8); proueria nosti(:) **O** (*Ld falso: prouerbio nosti AB*) *rOehl.*; prouerbio nosti, *Ld*; *idem in praefat. addit: 'forte e scriptura Proueria nomen feminae cuiusdam eruendum est quae Ld; q O; om. r Oehl. efferri C; id. cod. I 7, 3 exfugit 7 Addo O Ld; Adeo r Oehl. efferata Hanssen; efferat C; efferata BALd; et fera r Oehl. post uiuentes r comma posuit, Oehl. omnino non interpunxit* 8 Faustum felicem *Hanssen*; Faustum felicemque (faelicemque *B*) *Orv* 10 Non prouides *r Oehl.*; Non lupuidis *C*; Non improuidis *BA*; Num prouides *Ld* quonam *rv*; qm̄ *C*; quoniam *BA* merearis ire *Crv*; merearis ne *B*; mercaris ne *A* defunctus *rv*; defunctos **O** 11 Ec̄ *C*; Ec̄ *B*; Eē *A* forte *rv*; forte **O** (*de BA nihil notauit Ld*) 12 paenam *B* qđ *CB* pompa *rv*; pōpa *C*; paena *B*; poena *A* 14 nigrore *Guil. Hartel*; uegore *C*; uigore *BAΣ² Ld*; nitore *Oehl.*; Veiove *r* uiuerete *C* XXXIII (XXXIII *C*), 1 congruit *r² Oehl.*; congruet *Or¹*; Congruent *r³ in lem̄ate adnotat̄ionis, Schurzfl.*; cf. *S. 96 p. 464 sq. diē A faelicissimo B* 2 Letentur *C* et *Or Oehl.* (*de coniunctiuo, omisso ut, cf. I 15, 7; 27, 11*); ut *Ld* q *C* sumpta *Cr¹ Ld* (= *sumptus*; *de quo metaplasmi genere cf. u. 5; 23, 14; 39, 20; I 12, 5; J. N. Ott in Jahrb. f. cl. Phil. 109 p. 790 extr.*); sumpta *BΣ(?)*; sumpta *A*; sub acta *E³r Oehl.*; *idem in comment. addit: 'sub ea tempora, quibus diuina Christi acta anniuersarie celebrantur'* diurna *scripsi* (cf. 23, 14 uicta diurna; 35, 4 pro delicto diurno; *ibi quoque mss. habent diuino*); diuina *OΣrv*

Erogetur eis quod sufficit, unum et esca.
 Respiciate, [forte] quoniam memorentur ista pro uobis!
 In modico sumpto deficitis Christo donare. 5
 Cum ipsi non facitis, quo modo suadere potestis
 Iustitiam legis talibus, uel semel in anno?
 Sic merito surgunt blasphemia saepe de uobis.

XXXV.

DE FABVLOSIS ET SILENTIO.

Dum leue uidetur cuicumque neque uitatur,
 Et quasi facile reris dum ab utero illud,

Fabulae subueniunt, quo uenisti fundere preces
 Aut pulsare domum stomachi pro delicto diurno.
 Bucina praeconum clamat lectore legente, 5
 Vt pateant aures, et tu magis obstruis illas;
 Luxaris labia, quibus ingemiscere debes.

3 qđ C 4 Respiciate quoniam memorentur ista pro uobis *r*¹ (cf. I 17, 10 Respiciate quoniam non illos numina cogunt; *etiam illo loco B*: Respuite quo *praebet*; forte *aduerbium fieri potuit ut ab interpolatore aliquo adderetur ad coniunctiuum potentialem memorentur illustrandum*); Respues de forte quō memorenteista (quo memorentur ista Σ) pro uobis (p uñ O) OΣ; Respiciate fonte quo memorentur i. p. u. E²r²; Respuis? ne forte qua memorentur i. p. u. v; Respuis? ne forte quis memoret i. p. u. *Hanssen*; *malim*: Respiciate, forte quoniam orent ista pro uobis; ista *sc. benefacta*; cf. 38, 3; 5 benefactis ores, adores; 32, 10 orate pro illis; 35, 17 Exorat .. pro plebe deuota
 5 In modico sumpto O Ld; Immodico sumpto *r*¹; In modico sumptu E³r² Oehl. christo Or Ld; Deo Σ¹ Oehl. 7 talibus? uel semel in anno. *rv*; *uerba uel .. anno coniungenda cum illo ipsi non facitis*
 8 meritosurgunt C, *quae recte distinxit Hanssen p. 42*; e multos urgun B; e multos urgun A (S. 107 p. 723); multos urget r Oehl.; esse multos urgun Ld blasfemia C; cf. I 31, 7 sepe C uñ O
 XXXV (XXXIII C), *inscr. fabulis BA* 1 cuicumque *rv*; cūcūq C; cumcumque BA 2 reris *scripsi* (S. 107 p. 771); ruis O (B *quoque, quod om. Ld*); ruit *rv* abutero C; abutere BA (Ld *non accurate abutere A'*); abuteris, *rv* 3 Fabule C; fabula (= *fabulae*) B (*sed lineola a litterae addita uix comparet*); fabula A pces C 4 diurno *rv*; diuino OΣ 5 Bucina C; Buccina BA *rv* pconum C 6 illas *rv*; illos O

Obde malis pectus uel <illa> in pectore solue.
 Sed quia diuitiae faciunt aut pecuniae frontem,
 Inde perit omnis, quando sibi maxime fidunt. 10
 Sic feminae quoque coeunt, quasi initent balneo.
 Et de domo Dei ceu nundinae facitis astent.
 Terruit hinc Dominus: Domus orationis adesto!
 Sacerdos Domini cum „Susum corda“ praecepit,
 In prece fienda ut fiant silentia uestra, 15
 Limpide respondis nec tempora quoque promittis.

35, 12 sq. Matth. 21, 13; Marc. 11, 17; Luc. 19, 46

8 Obde *Hanssen*; Obse *C*; ob se *BA*; Obsera *rv* malis] male
*C*¹ uel illa *scripsi*; uel mala *Hanssen*; *l C*; uel *BArv* pectore
A 9 diuitiae faciunt aut pecuniae frontem *scripsi* (*S. p. 755*; aut
 = *et*; *cf. I 19, 2*; *C. A. 520*); diuitias fatiunt (fatiunt *BA*) aut
 pecunias frontē (frontem *BA*) *O*; diuitibus faciunt pecuniae frontem
r Oehl. Hanssen; diuitias faciunt aut pecunias fronte *Ld* (*faciunt fronte*
h. e. ostentant) 10 quādo *C*¹ 11 femine *C* initent balneo
Oehl.; initent balneum *r*² *comment.*; inicient balneo (balno *C*) *O*; inient
 balneo *rLd*; balneum intrent *Hanssen* 12 ceu (*cf. Verg. Aen. 2, 438*)
 nundinae (*cf. u. 9*) facitis astent *scripsi* (*duae uidentur sententiarum*
construiones confusae); seu nundinas facitis astent (*C*; artem *B*;
 artem *A*) *O*; facitis ceu (*r*²; seu *r*¹) nundinas artent *E*²*r*; (Et, de domo
 Dei) faciant ceu nundinas, artant *Dauies*; facitis ceu nundinas, ardent
Oehl. (in comment. feruent); ceu nundinas facitis artas *Ld* 13 Terruit
 hinc Dominus: Domus orationis adesto! *scripsi* (*i. e. de hac re — hinc*
— terribili uoce dixit Dominus etc.; *cf. eu. Luc. 19, 46* Et erit domus
 mea domus orationis *Colbert.*; adesse = *esse*; *cf. 37, 7*; *I 29, 12 etc.*);
 Terruit hic (*C*¹) dñs dom^z orationis adesto *C*; Terruit siue dñs (*B*;
 Dominus *A*) domum orationis adesto *BA*; Terruit sane Dominus domum
 orationis, (.) *r Oehl. (om. adesto)*; Terruit ibi Deus domum orationis.
 Adesto, *Ld (idem in lemmate praefationis sibi pro ibi recipit; praeterea*
sic proponit; Terruit hinc Dominus domum orationis. Adesto! Hanssen
 14 susum *CB And. ? (b. Gbl. 16 p. 349) rLd*; sursum *Ar*³ *Oehl.*
 praecepit *rv*; praecipit *And. (?)*; pcedit *O*; de confusis litteris *d et p cf.*
I 24, 2 15 fienda *Or*²*v*; facienda *r*¹ 16 Lympide *O* respondis
OLd (cf. Neue² II p. 427); respondes *r Oehl.* tempora (= *caput*;
de qua notione uide lexica; cf. I 18, 5) quoque promittis *scripsi*; nec
 temperas quoq pmittit *C*; nec temperas quoq promittat *BA*; nec tem-
 peras quoque promissis *r Oehl.*; nec temperas quae promittas *Ld*; nec te
 temperat quodque (= *quodcumque*) promittit *Hanssen*

Exorat ille Altum pro plebe deuota,
 Ne pereat aliquis; at tu te in fabulis uertis,
 Tu subrides ibi aut detrahis proximi fama;
 Indisciplinata loqueris, quasi sit Deus absens, 20
 Omnia qui fecit, nec <audiat> neque <te> cernat.

XXXVI.

EBRIOSIS.

Ebrioso modum non pono: sed belua maior
 Bibendo superius inferior a mente recedis.
 Regentis imperium tenens apud, stulte, Cyclopas

17 Exorat ille Altum (*cf.* 37, 6; 39, 15 *etc.*; Altissimum *Orv*) pro plebe deuota, *scripsi*; Exorat ille Altissimum, plebis deuotae (| Ne pereat aliquis) *Hanssen* 18 at *Ld*; ut *O*; et *rOehl.* tu te in fabulis uertis *Ld*; tute (tu te *A*) in fabulis uerbis *O*; tu te (tute *r*¹) in fabulas uertis *rOehl.*; *fortasse*: tute (*cf.* I 23, 11) in fabulis feruis 19 subridis *CB* detrahis *rv*; detrahes *O* proximi fama *scripsi* (*cf.* *Cic. epist. III* 8, 5 Ego si .. de tua fama detrahere .. cogitassem; *Tertull. ad nat. I* 18 *med.* detrahere laude parentum); pxime forma *C* (*cf.* 23, 1); proxime (*om.* *Ld*) formo *BA*; proximi famae *rv* 20 Indisciplinata *O Ld*; Indiscipline *rOehl.* nec audiat *rv*; audiat *om.* *O*; nec te audiat *Hanssen* neque te cernat *Hanssen*; neque cernat *CB* (cænat) *rv*; neque ornat *A* XXXVI (XXXV *C*), I pono *rOehl.* (*cf. quae Forbiger adnotauit in Verg. Aen.* 7, 129; *Tertull. Marc. I* 29 *med.*); pno *C*; puo *BAΣ*²; proba *Ld* sed] est *Ld* in *praefat.* belua maior *Ld* (*cf. C. A.* 34; *de sententia cf. quod infra ex Cicerone attulimus exemplum*); bellua maior *Cr*² *comment.*; belluā maior, *Oehl.*; bellua malor *BAΣ*²; belluam malo. *r* 2 superius *C*; supernis *BA*; supernis uel superius *Σ*²; superbis *rv* inferior *Pitra Spicil. I* 543, *Ld* (ior *per synizesin legendum*; *cf. Hanssen §.* 32, 4); interior *Or*² *Oehl.*; interim *r*¹ (*satis commode*; *sed comparatiuos superius et inferior contrarie inter se referri apparet*) a mente *BArOehl.* (*cf. interpret. uet. Irenaei contr. haeret. 1, 13* (8): sensum non habent et a mente excesserunt); aīte *C*; amente *Ld*; mente *Pitra Spicil. l. c.* 3 Regentis *OrOehl.* (= *regis conuiuī uel mensae*); Regentes *Ld* ('*sc. ebriosi*') tenens *rOehl.*; tenent *O* (*in A parum accurate scriptum*) *Ld* apud *C* Cyclopas *Crv* (*homines ebriosos Cyclopas uocat poeta ad Polyphemi crapulam alludens*); helopas *BA*; *Ld* in *praefat.* 'olim malui apud stultiloquaces'

Inde in his toruis: Dum mortuus, non bibo, dicis;
 Optima mihi <sunt> bibere et corda sopire. 5
 Subministra magis, quod amplius quaeris abuti,
 Infimo pauperulo, et eritis ambo refecti.
 Si facias ista, exstinguis tibi gehennam.

XXXVII.

P A S T O R I.

Pascere qui quaeris et quod potuisti parasti
 Adsiduo <pari> pascendo, recte fecisti:
 Sed tamen inmiscce pauperem, qui non te repascat,
 Tunc erit mensa tua per unum Deum probata.
 Omnipotens tales uel maxime pasci praecepit. 5

37, 2 sq. Luc. 14, 13 sq.

4 historuis *CB* (*de torua Cyclopum facie cf. Verg. Aen. 3, 636; 677*); his toruis *A*; historiis. *r Oehl.*; his scoriis *Pitra Spicil. l. c.*; historionicis. *Ld* Dum .. non *Or²v*; Sum .. ni *r¹*; *cf. C. A. 757; similis sententia in sepulcro Sardanapali scripta fuisse ferebatur: Haec habeo, quae edi quaeque exsaturata libido | Hausit. Cicero (Tusc. V 35, 101) addit: Quid aliud in bouis (cf. u. 1 belua maior), non in regis sepulcro inscriberes? cf. C. I. L. IX 2114 Dum uixi, uixi quomodo condecet ingenuom. quod comedi et ebibi, tantum meu(m) est*
 5 Obtinamibi *C*; Optimum mihi *Oehl. comment.* sunt scripsi; *om. Orv* corda sopire scripsi (*cf. C. A. 16; de numero plurali cf. Verg. Aen. 6, 49; 80*); corda sapere *Or²Oehl.*; corde sapere *r¹*; corda sapire *Ld*; Optimum nunc bibere et <mortuo> corda sapire (*uel sapere corda*) *Hanssen* 6 qd *CA*; quid *B* pauperulo *Cr Oehl. (cf. S. 107 p. 772)*; paupdo *BA*; paupero *Ld* fatias *C* extinguis *O* XXXVII (XXXVI *C*), 1 qui] q *A* qd *C*; qd *BA* 2 Adsiduo (= *locupletis; opp. proletarius; cf. Gell. 16, 10*) pari scripsi (*de sententia cf. 20, 17*); Adsidue *Orv*; Adsidue <pastor> *Ld in praefat.*; Adsidue <socios> *Hanssen; uulgo post parasti, non post pascendo interpungebatur* 3 tam *C*; tn. *A* inmiscce *CB*; inmiscce *ALd*; inuise *r Oehl.* qui non te repescat *Hanssen*; qui te non repescant *C¹⁹*; qui (q *A*) te non repescant *BA*; qui te non repascat *rv* 5 Omp̄s *C* uel] l *C* maxē *A*
 p̄ce pit *C*

Respice, cum pascis, infirmos, et feneras Alto.
In illos uos Dominus uoluit probatos adesse.

XXXVIII.

ORANTI.

Orantem si cupias te exaudiri de caelo,
Rumpe de latibuli nequitia uincula tota,
Aut si benefactis ores miseratus egenis,
Ne dubites: quicquid petieris, datur oranti.
Tu sane si nudus benefactis Deum adores,
In totum ne facias sic orationem, inepte.

5

XXXVIII.

NOMEN GASEI.

Incolae caelorum futuri cum Deo Christo
Tenente principium, uidente cuncta de caelo,
Simplicitas, bonitas habitet in corpore uestro;
Irasci nolite sine causa fratri deuoto;

37, 6 Prouerb. 19, 17 38, 4 Ioh. 16, 23

6 et om. A illos O Ld (Ld falso: illo A edd.); illo r Oehl.
feneras Cr Oehl.; faeneras BALd 7 uelint uoluit B XXXVIII
.....
(XXXVII C), 1 te exaudiri Hanssen; & exaudire O (de BA nihil notat
Ld); exaudiri rv 2 Rūpe C latibuli nequitia O; latibulis nequi-
tiae rv uincula tota C; uincula BA; uincla rv 3 bene factis
r¹ 4 Ne dubites: quicquid petieris, datur oranti Hanssen; Ne dubites
qui (q A) quid petieris datur (dat̃ C) oranti O (Ld falso: detur A
edd.); Ne dubites quin quod petieris detur oranti rv 5 bel benefactis
.....
B 6 fatias C orationem Ld; oratione O (Ld falso: orationem B
A); orationes r Oehl. XXXVIII (XXXVIII C), inser. gasei O (quia
et hoc loco et in capitulationis titulo XXXVIII p. 57 omnes mss. Gasei,
non Gazaei praebent, cum in iisdem alias littera z, ubicumque apud
Commodianum inuenitur, ut in zelus, zabolus, zabolicus, zacones, gazum,
solitam formam habeat — nisi quod II 14, 12 in solo B gafophylacio
scriptum est —, de antiquitus tradita huius ambigui uocabuli forma
mutare quidquam dubitauit); Gazaei rv 1 incolae C 2 Tenente prin-
cipium rv ('Vel principium pro dominatione noue posuit Commodianus,
uel legendum principatum' Davies); Temente principum C; te mente
principium BA cuncta C¹ 4 caā A

Recipietis enim quicquid feceritis ab illo. 5
 Hoc placuit Christo resurgere mortuos imo
 Cum suis corporibus, et quod ignis ussit in aeuo,

Sex milibus annis completis mundo finito.
 Vertitur interea caelum tenore mutato;
 Conburuntur enim impii tunc igne diuino, 10
 Ira Dei summi ardet creatura gemendo.
 Dignitosi tamen et gener(e n)ati praeclaro
 Nobilesque uiri sub Antichristo deuicto
 Ex praecepto Dei rursum uiuentes in aeuo,
 Mille quidem annis ut seruiant sanctis et Alto 15

Sub iugo seruili, ut portent uictualia collo,
 Vt iterum autem iudicentur regno finito.
 Nullificantes Deum completo millesimo anno
 Ab igne peribunt cum montibus ipsi liquendo.
 In bustis et tumulis omnis caro redditur acto: 20
 Demergunt inferno, tradunt(ur) poenae in aeuo.

5 quicquid *Cr Oehl.*; quidquid *B*; quidquid *ALd* 6 cho *O*
 7 quod *BA*; qđ *C*; quos *rv* ussit *rv*; lussit *C*; iussit *BA*
 8 millibus *B* completis *C*; completis *rv*; completo *BA* 9 Vertit̃
 int̃ea *C* 10 Conburuntur enim *rv*; Conburrunt enī *C*; Conbuērunt
 enim *B*; Conburunt n. *A* 12 gener(e n)ati *Hanssen*; generati *O*
rv preclaro *C* 13 anticristo *C* 14 rursum uiuentes in aeuo
rv; in aeuo (euo *C*) rursum (rursū *C*) uiuentes *O* 17 iudicent̃ *C*
 18 Nullificantes *Crv*; Nulli freantes *BA* (*non erat cur Ld de codicis*
B scriptura dubitaret) dō *C*; Deo *BA*; 'fortasse: Nullificante Deo
 uel Nulli parcente Deo' *Hanssen* completo *C* milesimo *C*
 19 cnm montibus ipsi liquendo *scripsi* (cf. 2, 12; 4, 7); loquef̃ *C*;
 loquef̃e *BA*; loquendo *rv*; *Oehl. add. 'Euang. Luc. 23, 30; Oseas 10,*
8' 20 in bustis et tumulis *rv*; Imbustis et tumulus *O* oīs *C*;
 oīs *BA* reddit̃ *C* 21 Demergunt inferno *Hanssen*; Demergunt in
 inferno *OLd* (*idem falso: Demergunt inferno BA*); Demerguntur inferno
r Oehl. traduntur poenae *scripsi* (cf. 2, 18; *C. A. 887 sq.*); trahunt
 poene *C*; trahunt poena (paena *B*) *BA*; trahunt poenas *r Oehl.*; trahunt
 poenam *Ld*; trahuntque poenam *Hanssen*

Ostenduntur illis et legunt<ur> gesta de caelo:
 Memoria prisca debito et merita digno,
 Merces in perpetuo secundum facta tyranno.
 Omnia non possum comprehendere paruo libello. 25
 Curiositas docti inueniet nomen in isto.

39, 22 Apoc. 20, 12

22 Ostendunt̃ *C* leguntur *scripsi* (cf. *August. de ciu. Dei XX*,
 14 sq. uol. II p. 440, 8 sqq.; 442, 27 sqq. *D*²); legunt *O r v*
 24 merces *rv*; mercis *O* 25 possunt *A* comprehendere *C*

COMMODIANI
CARMEN APOLOGETICVM.

Index siglorum.

- M* = cod. Mediomontanus, nunc Cheltenhamensis, membran., n. 12261 (saec. VIII).
- P*¹ = Pitra in textu carminis, quem in Spicilegii Solesmensis uol. I p. 21—49 anno 1852 publicauit.
- P*² = Pitra in notis huic textui imo margine additis, quibus etiam uariae lectiones codicis exscribuntur.
- P*³ = Pitrae excursus in Commodianum (uol. I p. 537—543).
- P*⁴ = carminis apologetici caput ultimum ex iterata collatione Thomae Phillipps nouis curis a Pitra restitutum (Spicil. Solesm. uol. IV p. 222—224).
- P*⁵ = notae huic textui imo margine subiunctae.
- Lb* = Leimbach in programme paschali Schmalcaldensi anno 1871 edito.
- R* = Hermannus Roensch in editione sua (Zeitschr. f. d. histor. Theologie, Jahrg. 1872 p. 163—302).
- Ld* = Ernestus Ludwig in ed. Teubneriana anni 1877.
- v* = *R* et *Ld*.
- Wilh. Meyer, Abh.* = commentatio Guilelmi Meyer, quae inscribitur: 'Anfang und Ursprung der lat. u. griech. rythmischen Dichtung' (Abhandl. der k. bayer. Akademie d. W., I. Cl., XVII, 1885). Eiusdem uiri doctissimi ubicumque nomen tantum lectionibus adiunxi, ea affero, quae per litteras mecum liberaliter communicauit.
- s. u. l.* = sine uaria lectione.
-

COMMODIANI CARMEN APOLOGETICVM.

Quis poterit unum proprie Deum nosse caelorum,
 Nisi quem is tulerit * * ab errore nefando?
 Errabam ignarus spatians, spe captus inani,
 Dum furor aetatis primae me portabat in auras.
 5 Plus eram quam palea levior; quasi centum inessent
 In umeris capita, sic praiceps quocumque ferebar.
 Non satis; his rebus criminosus denique Marsus

5 Psal. 1, 4?

COMMODIANVS | EPISCOPVS AFRICANVS. | CARMEN APOLOGETICVM AD-
 VERSVS IYDAEOS ET GENTES. *Pitra*; Commodiani Carmen apologeti-
 cum | aduersus Iudaeos et Paganos. *Roensch*; COMMODIANI EPISCOPI
 AFRICANI | CARMEN APOLOGETICVM | ADVERSUS IYDAEOS ET GENTES. *Ludwig*;
in cod. Mediomontano nulla inuenitur inscriptio 1 proprie **M**
 celorum **M** 2 Nisi **MP¹R**; <Quis> nisi **Ld** is tulerit **P¹**; *add.*
longe uel procul P³; his tulerit **M**; is <abs>tulerit *Hilgenfeld* (*Zeitschr.*
f. wissenschaft. Theol. XX p. 565); is <ipse abs>tulerit **R** (*coll. Instr. I*
1, 6); is <ipse> tulerit *Hanssen*; is tulerit <prius> uel <primo> **Lb**;
 <sus>tulerit **Ld**; <qu>is <ex>tulerit *Huemer* (*Zeitschr. f. d. oesterr. Gymn.*
1878 p. 31) 3 *sqq.* inani. | Dum . . auras, | Plus **v**; *ego ex lege*
Meyeriana de paribus uersuum iungendis (*Abh. p. 304 sqq.*) *Pitrae*
uerborum distinctionem reuocauit 4 portat *Mart. Hertz* (*indic. lect.*
Vratisl. anni 1880 p. 7) 5 leuior **M** inessent *scripsi*; adessent
P¹v; idessent **M** 6 in umeris *scripsi*; in numeris **M**; in humeris
P¹v preceps **M** quocumque **P¹v**; quecumque **M** 7 criminosus
 (= sus) **M**; criminosus **P¹** (*sine uaria lectione*) **v** marsus **M** (*cf.*
Porph. in Horat. epod. 5, 75: Marsi autem periti incantationum
sunt; August. enarr. in psalm. LVII 5: Aspis cum coeperit pati in-
cantatorem suum Marsum . . audite quid faciat; S. 107 p. 796);
 mersus **P¹** (*s. u. l.*) **v**

- Paene fui factus herbas incantando malignas.
 Sed gratias Domino — nec sufficit uox mea tantum
 10 Reddere — qui misero uacillanti tandem adluxit!
 Adgressusque fui tradito in codice legis,
 Quid ibi rescirem; statim mihi lampada fulsit.
 Tunc uero agnoui Deum <unum> summum in altis,
 Et ideo tales hortor ab errore recedant.
 15 Quis melior medicus nisi passus uulneris aestus?
 Multi quidem bruti et ignoti, corde sopiti,
 Nil sibi proponunt cognoscere; more ferino
 Quaerunt, quod rapiant aut quorum sanguine uiuant.
 Dummodo laetentur saginati uiuere porci,

13 Esai. 57, 15 (LXX)

8 pene fui | Factus erbas *M* 7 sq. mersus, | Paene .. malignus *R*
 9 domino *M*; Deo *P*¹; idem (*P*³) conicit Domino, quod in ipso codice
 reperire potuit suffic̃ *M* 10 reddere | Qui *M* uacillanti *M*
 11 tradito .. legis scripsi (locum obiecti ex uerbo adgressus fui pendentis
 tenet enuntiatum interrogatiuum quid ibi rescirem; cf. u. 89); traditor
 .. legis *M* *P*¹ *P*³; traditorum .. legis *Duebner*; traditorem .. legis
Lb; traditores .. legis *R*; tradito .. leges *Hilgenfeld* (*Zeitschr. f. w.*
Th. XV p. 604); tradita .. legis (uel traditas .. leges) *Ld*; traditos
 .. legis *Huemer*; fort. traditūs (= traditiones) .. legis; cf. u. 15
 13 uero agnoui deum *M* (cf. u. 636); uero Dominum agnoui *Wilh.*
Meyer; uere cognoui *P*¹ (s. u. l.) *Ld*; uere Dominum cognoui *R*; *P*³
 perperle indicat nescio quem (*Duebnerum*?) legere agnoui, quod est in
 codice; idem ibi caelis ante Deum inserendum censet; unum, quod
 recepimus add. *Ld* 15 melior *M*² *P*¹ *v*; melius *M*¹ uulneris aestus
 scripsi (cf. *Sil. Ital. 6, 98* uulneris aestus | Expertis medicare
 modis; *b. Gbl. 17 p. 451*; in cod. *M* syllabas or et us haud raro con-
 fundi *Pitra* (*P*³) in uersum 164 (163) recte adnotauit); uulneris auctor
M *P*¹; uulneris ictus *Duebner*, *Pitra* in praefat. p. XVIII, *R*; uulnera
 uictor *Ld* 17 Nil sibi proponunt *P*¹ (s. u. l.) *v*; Nihil sibi pponunt
M 18 Querunt *M* sanguine uiuant *P*² (coniecturâ) *Wilh. Meyer*,
Abh. p. 291 (cf. u. 176 Viuere rapinis in gaudio sanguine fuso);
 sanguine bibant *M*; sanguinem bibant *P*¹ *v* (cf. *Cic. Philipp. XI 5, 10*
 cuius sanguinem non bibere censetis? *Saluian. gubern. 7, 39 p. 164,*
22 Paul.) 19 letentur *M*; tur m. 2. in ras.(?) saginati uiuere
*P*¹ *v* (cf. *Propert. IV 1, 23* Parua saginati lustrabant compita porci);
 sanguinati bibere (sic!) *M*

20 Ingerunt ut tumulum ferculum, dum diuitiis plaudent.

† Mutabuntur paupera ueste fastidiis.

Sufficeret illis utique, quod promptius edunt.

Si pinguis est opibus, sibi sit; si Caesari dignus,

Quid sua praeponit fragilis nec respicit ullum?

25 Communicet immo talis bonitatem in omnes,

Cui Summus diuitias, honores addidit altos.

Nec enim uitupero diuitias datas a Summo,

Sed culpandus erit, qui superextollitur illis.

Suadeo nunc ergo altos sic et humiles omnes,

30 Vt legant assidue uel ista uel cetera legis.

20 Ingerunt ut tumulum ferculum, dum diuitiis plaudent *seripsi* (plaudent = *gloriantur?* cf. u. 480; de rebus cf. *Plaut. Menaechm. 101 sqq.*; *Petron. 35 sq.*; *ceterum totus locus desperatissimus est*); Ingerunt ut tumulum sepulchrum dū plaudent diuitiis *M* (*P² falso: dum plaudens diuiti*); Ingerunt ut tumulum se pulchros: dum diuiti plaudent, *P¹*; Inferuntur tumulo sepulchri, dum gaudent diuitiis: *R*; Ingerunt ad tumulum sepulchri, tum diuiti plaudent *Ld* 21 Mutabunt paupera ueste fastidiis *M* (*P² falso: paupere ueste et fastidiis*); Mutabuntur fastidiis et paupere ueste *P¹*; Mutabuntur et fastidiis et paupere ueste *R*; Mutabuntque pauperes uestes et fastidientur *Ld haec addens: 'Commodianus inuehitur in parasitos, qui exsequias funeris alicuius prosecuti post ad uestitum suum redeunt'* 23 Si pinguis est opibus, sibi sit (= sibi habeat diuitias); si Caesari dignus *M* (*post opibus et sit ego interpunxi; de adiectiuo dignus cum datiuo coniuncto cf. Georg. HW¹ p. 2019 s. u. dignus II, γ; Woelfflin. in Rhein. Mus. XXXVII p. 115; quamquam locutio Caesare dignus inuenitur in anthol. Lat. 780, 29 R.*); Si pinguis est opibus, sibi sit si Caesari dignus. *P¹*; *idem tamen postea (P³) ueram codicis lectionem Caesari 'typorum sphalma'(!) et Caesare scribendum esse putat*; Si pinguis est opibus, siue sit is Caesare dignus, *Lb*; Si pinguis est opibus, sibi sit si Caesare dignus, *R*; Siquis est opibus sibi uisus Caesare dignus *Ld*; *idem in Instructionum editionis praefatione p. IX Huemerum secutus haec proponit: Si pinguis opibus sibi sit, si Caesare dignus* 24 praeponit *P¹v*; preponunt *M* fragili (= *inopi*) *P³ Lb* nec in *M* primo omiss. m. 1. s. l. scripsit ullum *MP¹ Ld*; illum *Lb* (*idem sic quoque legi posse arbitrabatur: praeponunt, fragilis nec respicit ullum*); urnam *R* 26 Summus *P¹v*; summa *M*; summam *Lb* diuitias *MP¹v*; dedit iam *Lb* Altus *Lb* 29 ergo altos sic *M*; ergo altos sic *P¹* (s. u. l.) *v*; ego sic altos *Lb*

- Aspic(it)e, quoniam breuis est nobis credita uita;
 Discite, quapropter moriamur nati, prudentes!
 Quid hebetes morimur, quid profuit lucem uidisse?
 Si nihil inquiras, hoc est beluarum adesse.
- 35 Certe Deus summus hominem praeposuit aruis,
 Non feram nec pecudem. Cur nos similemus ad illas?
 Omnipotens uoluit hominem sibi praebere laudes;
 Idcirco futura docuit nos ipse diuinus.
 Quae ut crederemus, non tantum uerbo sonauit,
- 40 Sed et demonstrauit fortia Pharaone decepto.
 Non solum hoc fecit: et Noe sub tempora quoque
 Ostendit, quae poterat, quoniam Deum nemo quaerebat.
 Mitior exinde paulatim coepit adesse
 Diluuio facto, quo posset terra repleri.
- 45 Iam paene medietas annorum sex milibus ibat,
 Et nemo scibat Dominum, passimque uiuentes.
 Sed Deus, ut uidit hominum nimis [ut] pectora clausa,

33 Iob. 3, 16 40 Exod. 9, 16; Rom. 9, 17 42 Gen. 6, 12
 sqq.; Psal. 13, 2; 52, 3 43 Gen. 8, 21 sq. 44 Gen. 9, 1

31 Aspicite *P¹v*; Aspice *M* qm (*sic!*) *M* 32 sq. *uulgatam*
uerborum distinctionem moriamur. Nati prudentes, Qui *mutauit*; *cf. Ienaer*
Literaturzeit. 1877 p. 797 33 Quid hebetes *scripsi*; Qui debetes *M*;
 Qui hebetes *P¹* (*s. u. l.*) *v* 34 beluarum (*belluarum P¹v*) adesse *M*
P¹v; belluarum instar adesse *P²* 35 preposuit *M* aruis *scripsi*
 (*S. 107 p. 797*); arbis *M*; orbi *P¹* (*s. u. l.*) *v* 36 nos *M*; *om. P¹*
 (*s. u. l.*); *add. coniecturâ P⁸* illas *Lb v*; illos *MP¹* 37 prebere
M 38 diuinus *Mv*; diuinus *P¹* 39 Quae *scripsi*; Quem *MP¹v*
 uerbo sonauit *scripsi* (*cf. u. 449* personans ait); uerbo sanauit *MP¹*;
 uerba sonauit *R*; uerba tonauit *Ld* (*coll. u. 598* tonant ore) 40 mon-
 strauit *P⁸* faraone *M*; Pharaoni *R* 41 fecit et noe *in cod. primo*
omissum altera manus add. et] sed *P⁸* 42 que *M* qm̄ *M*
 buerebat *M* 43 cepit *M* 44 replere *M* 45 poene *M*; bene
Lb annûm *P⁸Lb* 46 scibat *M* (*cf. Wilh. Meyer, Abh. p. 292*);
 sciebat *P¹* (*s. u. l.*) *v* uiuentes *MP¹* (*cf. u. 676*); uiuebant *Lb v*
 47 ut uidit hominum nimis ut pectora *M* (*non: Vt pectora uidit homi-*
num, quod P¹ adnotat); ut uidit hominum nimis pectora *P¹R*; ut pectora
 uidit hominum nimis *Ld*

- Adloquitur Abraham, quem Moyses enuntiat ipsum.
 Ipse dedit legem populo Pharaone necato,
 50 Et quis esset, Dominus ipse se praedixit ab illo.
 Nec una contentus prophetica uoce se promit,
 Sed multos adhibuit testes, qui de illo clamant.
 Hunc ergo, cum legitis multorum praeconia (uatum),
 Inuenietis eum carnem inuenisse pro nobis.
 55 Vnde nunc erratur, ordinasse talia Summum,
 Et quasi subsannant, nec sciunt, quod ab ipso ridentur!
 Interdum subicio, qualiter praelegi prophetas,
 Et rudes edoceo, ubi sit spes uitae ponenda.
 Quid Deus in primis uel qualiter singula fecit,
 60 Iam Moyses edocuit; nos autem de Christo docemus.
 Non sum ego uates nec doctor iussus ut essem,
 Sed pando praedicta uatum oberrantibus austris.
 Ergo mei similes, quos raptim aura deportat,

48 Exod. 3, 14 56 Psal. 2, 4

48 sq. Abraham. Quem . . ipsum, Ipse v Moses *P³Lb*
 49 faraone *M* necato *P²v*; negato *MP¹Lb(?)* 50 se *om. B*
 praedixit *M* 51 se promit *P¹R*; se promittit *M*; promittit *L*
 52 de illo clamant *MP¹* cf. u. 66; de illo clam(ab)ant *Hanssen*; de
 illo (pro)clamant *R*; illud declamant *Ld* 53 Hunc ergo cum legitis
 multorum (multum *P³R*) praeconia (uatum) *P³v*; Hunc ergo cum legitis
 multorum praeconia *M*; Haec e. quum legeritis praeconia multa *P¹*
 54 carnem inuenisse *MP¹P³* (inuenire eodem sensu quo sibi parare,
 adipisci *Plauto et Terentio usitatum*; de annominatione Inuenietis ..
 inuenisse cf. *indicis exempla et Hilgenfeldi notam XV p. 604 sq.*); carnem
 adsumpsisse *P²*; carnem induisse *R*; in carnem uenisse *Ld* 55 erratur]
 probatur *R* 56 Et quasi *M* (*S. 107 p. 797*); Et quare *P¹*; Id quare
R; Quare *Ld* (*eo deceptus, quod P² falso adnotat*: 'Quare subsannant
 nerunt' *mendosus cod.*) nec sciunt *M¹corr.*; nesciunt *M¹ ab initio*;
 meminerint *P¹*; nec erunt *P²*; norunt *P³*; norint *R*; merent *Lb*; merunt
Ld 57 prelegi *M* 60 moyses *MP¹v*; Moses (Mose) *P³*; Mose
Lb edocuit *MP¹Lb*; docuit v docemur *P³Lb* 62 pando *P¹R*
 (cf. *Georg. HW⁷ p. 1294*); quando *M*; canto *Ld* praedicta *M*
 oberrantibus nautis uel oblatrantibus (obloquentibus, obstrepentibus,
 obturbantibus) austris *R in comment.* 'Hic deesse nonnulla uide-
 bantur' *P³*

- Quaerite iam portum, ubi sunt pericula nulla.
 65 Agricola doctus tempestita longe dinoscit
 Et, priusquam ueniant, recolligit se sub antra.
 Estote prudentes, quod imminet ante uidete
 Et, priusquam ueniant clades, prouidete salutem.
 Ignauia pueris opus est, non certe robustis:
 70 Si decet hoc rudibus, non conuenit aeuo maturis.
 Quae quidem pars hominum non sit moderata, uetusta
 Sic erit ut perna minime salfacta: putrescat.
 Nemo petram subicit, nisi solus ignis ad escam:
 Saxei sic homines mollescunt sero gehenna.
 75 Clamamus in uacuum surdis referenda procellis
 Et lumen offerimus caecis sine causa praebentes.
 Stat miles ad missam: unus audit, et excutit alter

73 Matth. 7, 9? 74 Ezech. 11, 19?

64 querite *M* sunt] *ft M* 65 ante doctus duae litterae (in?)
erasae tempestates *R* 66 se *MP*¹ (*de clausula* ' u ' u ' u *cf. u.*
52; 193; 423; 567; 890; Instr. I 8, 3); sese *P*³ *v* antra *M*; antro
Wilh. Meyer (cf. Instr. I 33, 7); antrum *P*¹ (*s. u. l.*) *v* 68 clades]
post a una littera (n?) erasa 69 Ignauia] Ignosci *Lb* pueri ..
 robusti *R*; *cf. Ienaer Literaturzeit. 1877 p. 796 extr.* 70 decet *M*
(post t rasura unius litterae — t? —) *P*¹ (*cf. Roensch. It. et Vulg.*
p. 439 sq.); licet *v* euo *M* 71 Quae (*Quum P*¹ *Lb*) quidem pars
 hominum non sit moderata, uetusta *P*¹ *Lb Ld*; Quae quidem pars homi-
 num non sit moderata uetustas *M*; Quam quidem partem h. n. s. mode-
 rata (moderat *R*, *errore typogr., ut uidetur*) uetustas *P*³ (*Duebner?*) *R*;
 Quam quidem partem hominum non si moderat uetustas, *Hilgenfeld*
 72 Sic erit ut perna minime salfacta putrescat *M* (*non puerascit, ut*
*P*² *falso adnotat*); Sic erit ut perna minime salfacta (sal facta *P*¹):
 putrescet (putrescit *Lb*) *P*¹ *P*³ *Lb R*; Sic erit ut perna nimis salfacta;
 petrascit *Ld* 73 Nemo petram subicit nisi solus ignis ad escam
 (adescat *Ld*) *MP*¹ *Ld*; N. p. s., nisi solius ignis, ad escam *Lb R*; N.
 pernam s. n. solidus ignis ad escam *Hilgenf.* 74 saxeis *M*
 gehennae *M* 75 processis *Hilgenf.* 76 prebentes *M* 77 missam
v; missa *MP*¹; iussa *P*³ *Lb* (iussa) unus, audit *Lb*

Nec accipit corde monita, sed perditus errat.
 Quis modo delinquit (iudices estote de istis!),
 80 Qui monet aut ille, qui non uult dicto parere?
 Spero, reus non est, qui Caesaris dictus obaudit,
 Contrarius autem perdit suam uitam superbus.
 Interdum quod meum est, qui prius erraui, demonstro
 Rectum iter uobis, qui adhuc erratis inanes.
 85 Vos tamen eligite, arbitrio uestro placentes,
 Quis uelit uenenum aut suaui pocula uitae!
 Bonum et malum est in ista natura creatum,
 Vt homo post fata probetur quis Deo dignus.

Adgredere iam nunc, quisquis es, perennia nosse:
 90 Disce, Deus qui sit uel cuius nomine adsit!
 Est Deus omnipotens, unus, a semetipso creatus,
 Quem infra reperies magnum et humilem ipsum.
 Is erat in uerbo positus, sibi solo notatus,

78 accipit *MR* (*coniecturâ*); accepit *P¹P²* (*cod.!*) *LbLd* corde
 monita *scripsi* (*cf. u. 16* corde sopiti; *Instr. I 19, 15* si corde uiges;
 27, 13 si corde retractes; *Ouid. Met. 3, 689* Excute .. corde metum);
 eosde (*tres priores litteras etiam cor legi posse testatur Knöell*; *cf.*
u. 584) munita *M*; eosdem monitus *R*; easdem monitas *Ld*; eos moni-
 tus *P³*; eadem monita *P¹Hanssen*; eadem minus *Lb* 79 modum
P¹ delinquit *R*; relinquit *M*; relinquet *P¹* (*s. u. l.*); delinquet *Lb*
Ld; deliquit *P³* 80 monet *MP¹*; monetur *Ld*; paret *Lb*; mouet *R*
 dictus *P²R* (*cf. u. 15*); dictos *MLd*; dicto subaudit *Lb*; dictis ob. *Guil.*
Hartel 82 contrarius *MP¹R* (= *contumax*; *cf. u. 721*); contrarios
P³Ld suam uitam *LbR* (*cf. u. 784; Matth. 10, 39; interpr. palat.*
past. Herm. sim. IX 26, 3 sibi soli uiuentes uitam suam perdunt); sua
 uita *MP¹Ld* superbos *P³Ld* 83 erraui *M* (*P² falso: es sciui*;
cf. S. 107 p. 798); et sciui *P¹R*; rescui *LbLd* 86 qui *R* 88 post
 fata *scripsi* (*cf. S. l. c.*); post facta *M* (*P² falso: facit*); prout facit *P¹*;
 post factum *P³v* probetur *M* (post facta probetur iam *Lb* et *Huemer*
suspicati erant); approbetur *P¹* (*s. u. l.*) *v* 89 post es littera t
 erasa 90 qui *M* (*cf. u. 117; 381; Kuehner ausf. Gramm. p. 481 sq.*);
 quis *P¹v* nomine *Mv*; nominis *P¹* 92 repperies *M* 93 his
M solo *Mv*; soli *P¹*

Qui pater et filius dicitur et spiritus sanctus.
 95 Sed ex quo decreuit mundum componere signis,
 Ignem interposuit metuendum angelis ipsis.
 Quos tamen distribuit minoris potentiae factos,
 Vt regerent caelos et terram et subdita terrae.
 Hunc ergo nec ipsi nuntii dinoscere possunt,
 100 Qualis sit aut quantus, nisi quod praecepta sequuntur.
 Est honor absconsus nobis et angelis ipsis,
 Quod Dei maiestas, quid sit, sibi conscia sola est.
 Relucet inmensa super caelos et sine fine;
 Aureum est totum, quod est quasi flamma uirtus.
 105 Illic Dei uas est, tantum sine cognita forma,
 Illa sunt secreta solo Deo nota caelorum.
 Haec gloria Dei est unica super angelos omnes,
 Hoc Deus est lucis aeternae, hoc spiritus aei.
 In primitiua sua qualis sit, a nullo uidetur,

94 sp̄it; *M* 95 componere *M* 95 sq. componere signis, | Ignem *P*¹; componere, signis | Ignem *RLd*; componere, dignis | Ignem *Hilgenfeld* (*P*²: 'Excidisse uidetur unus uersiculus ex Apostolo, ni fallor, excipiendus, I *Timoth.* VI, 6: Qui solus habet immortalitatem et lucem inhabitat inaccessibilem, ignem nempe interpositum, metuendum angelis ipsis') 96 interposuit *P*²*v*; interpositum *MP*¹ 97 minoris potentiae factos *Hanssen*; minori potentiae factus *M* (*P*² falso: minoris potentiae, omisso factus; itemque *P*¹); minoribus (esse) potentes *P*³ (*Duebner*?); minoris potentiae deos *Lb*; minoris potentiae (minores potentias in *commentario*) a se *R*; minoris potentiae ipso *Ld*
 98 caelos *M* 100 precepta *M* 102 quid] d *primo* *omissum m. 1. s. l. scripsit* conscia sola (solo *R*) *Duebner v*; sola conscia *MP*¹
 103 inmensa *M* celos *M* 104 Aureū ē (*P*² falso: aureue) totum *M*; Aut aeo. Totum *P*¹; Aut requie totum *Duebner Lb R*; Aureaque totum *Ld* (*omnes interpunctionem post fine omittunt*) quod est quasi *M P*¹ *Ld*; torquet quasi *Duebner Lb R* 105 Illis *Lb* uas *scripsi* (*cf. Sirac. 43, 2 Sol .. uas admirabile opus Excelsi; 50, 7; 10 quasi sol refulgens .. quasi uas auri solidum*); ub7 (*sic!*) *M*; uita *P*¹ *v*; uia *Lb*; 'uia forsan in codice caractere euanido' *P*² 106 Illa sed *Duebner R* solo *Lb v* (*cf. u. 93*); sola *M*; soli *P*¹ 107 Hec *M* unici? *Wilh. Meyer, Abh. p. 299* 108 Hoc .. hoc *MP*¹; Hinc .. hinc *R*; Hic .. hic *Ld* eterne *M*

- 110 Detransfiguratur, sicut uult ostendere sese.
 Praebet se uisibilem angelis iuxta formam eorum
 Et homini fit homo, ceterum Deus uerbo probatur.
 Idcirco nec poterit tanti Dei forma dinosci;
 Quidquid est, unum est, inmenso lumine solus;
 115 Vbi facies, oculi aut os aut membra notantur,
 Inde pugillo suo concludere circulum orbis.
 At tamen cum uoluit sciri de se ipso qui esset,
 Numine de tanto fecit se uideri capacem.
 Sunt quibus in ignem apparuit uoce locutus;
 120 Sumptus est in carnem, quem regio nulla capebat.
 Hic Deus omnipotens, Dominus suae conditionis,
 Cum sit inuisibilis, facit se uideri quibusdam.
 Qui formatur modo, ⟨modo⟩ se diffundit in auras,
 Cuius nec initium nec finem quaerere fas est.
 125 Hic sine initio semper est Deus et sine fine,

116 Esai. 40, 12

119 Exod. 3, 2 sqq.

110 Detransfiguratur *M* (*P*² falso: detransfiguratus); Sed transfiguratur *P*¹; Sed transfiguratus *P*³ *R*; Deus transfiguratus *Lb* uultus-tendere *M* 111 prebet *M* angelis *MDuebner v*; angelus *P*¹
 112 probatur *P*¹ *v*; probat *M* 114 unum *MP*¹ *Lb*; unus *v* inmenso lumine solus *MP*²; in immenso lumine (numine?) solus *P*³; in immenso lumine solus *R*; in imm. l. potens *Lb*; in immenso lumine; solet (Inde pugillo etc.) *Ld* (ceterae editiones ante solus nullam, post solus maiorem interpunctionem habent) 115 Vbi *MP*¹ *R*; om. *Ld*; *P*³ ab Vbi, cuius loco Cui substituere conatur, interrogationem orditur oculi *P*³ *Lb* *R* aut oculi *MLd* 117 ad tamen *M* qui *M* (cf. u. 90); quid *P*¹ (s. u. l.) *v* 118 Numine *P*³ *v*; Nomine *MP*¹ uersus 115 sqq. *Ludwig* ita scribit, ut 115 post 118 (uel 120; cf. praefat. eius p. XV) inseratur, quam inuersionem improbat *Wilh. Meyer, Abh. p. 305*
 120 capiebat *Huemer* 121 Hic *MP*¹ *R* (cf. u. 289); Sic *Ld*
 122 facit scripsi; fecit *Lb v*; faciet *MP*¹ 123 formatur *M*; formatus *P*¹ (s. u. l.) *Lb Ld*; formam induerat *R* modo ⟨modo⟩ *Lb Hanssen*; modo *Mv* se *MP*¹ *R*; sese *P*³ *Lb Ld* diffundit *M*; diffudit *P*¹ (s. u. l.) *v* 124 finem quaerere *P*¹ *v*; quirere finem *M* 124 sq. est. Hic *P*¹; est, Hic *Lb v*

- Qui, prius quam faceret caelum, ferebatur in aeuum;
 Quicquid tenet caelum, prospicit ubique de caelo
 Et penetrat totum oculis et auribus audit.
 Huic ergo placuit carnalem mundi tenorem,
 130 Vt exaltaretur sola sempiterna maiestas.
 Nam, quod erat ante, referre nunc ardua res est;
 Sit licet descriptum, non sit nobis cura de illis.
 Cum haec, quae uidemus, non possumus tangere tota,
 Quis poterit scire, quid sit trans Oceani finem?
 135 Et caelum uidemus, sed illic quid intus agatur,
 Nullo datur scire, donec fiat exitus aei.
 Sufficiat tantum de futuro nosse promissa;
 Ad illa tendamus cupidi, tota mente deuoti.
 Sicut auis Phoenix meditatur a morte renasci,
 140 Dat nobis exemplum, post funera surgere posse;
 Hoc Deus omnipotens uel maxime credere suadet,
 Quod ueniet tempus defunctorum uiuere rursus;
 Sit licet nunc puluis, iaceant licet ossa nudata,
 Integratur homo, [ut] fuerat qui mortuus, olim,
 145 Et gratia maior tunc erit <quam> istius aei,

127 Psal. 13, 2; 52, 3 al. 145 I Cor. 15, 43; Phil. 3, 21

126 celum *M* 127 Quicquid *P*¹; Quicquid *M*; Quique *v* celum
M 129 mundi tenorē *M* (= carnalem esse mundi tenorem; de
 omissa copula esse uide u. 792 et indicem, quem Petschenig editioni
 Victoris Vit. adiunxit, p. 156; cf. deinde Instr. II 39, 9 tenore
 mutato; Verg. Georg. 2, 336 sq.); mundo teneri *P*¹*v* 131 Nam *M*
*P*¹*R*; iam *Ld* sine nota 132 descriptum *M* 132 sq. de illis. Cum
Ld; de illis, Cum *P*¹*R* 133 que *M* 133 sq. tota, Quis *Ld*; tota.
 Quis *P*¹*R* 134 fine *M* 135 celum *M* 136 nullo *M* (cf. u. 93;
 106; Instr. II 22, 13); nulli *P*¹ (s. u. l.) *v* uersus 138—140 in *M* unci-
 alibus litteris scripti 139 APIS FENIX *M* 142 defunctorum *M*
*P*¹*Ld*; defunctam *Lb*; defuncto (defunctos) *P*³; defuncto *R* 143 Sit
 licet *MLb* (coniecturâ) *R*; Scilicet *P*¹ (s. u. l.); Sint licet *Ld*
 143 sq. nudata. Integratur *Ld* 144 ut fuerat *MP*¹*R*; ut del. *Ld*;
 ut erat *Lb* 145 tunc *M*; hinc *P*¹ (s. u. l.) *R*; dehinc *P*³; huic *Ld*
 erit *MP*¹; gratia erit *R*; aderit *Ld* quam addidit; om. *M* editt.
 1fE)S *M*; cf. Wattenb. lat. Palaeogr. p. 50 sq. 145 sq. aei. Non *v*

Non dolor nec lacrimae tunc erunt in corpore nostro,
 Non caro recipiet ferrum, non pustula surget.
 Hoc Deus instituet, ut sit illi gloria maior.
 Hic fecerat primum hominem, ut esset aeternus,
 150 Sed ruit in mortem neglectis ille praeceptis.
 Propter quae storias tantas Deus esse parauit,
 Vt inuentiones diabuli detergeret omnes.
 Rectorem in terra dederat Deus angelum istum:
 Qui, dum inuidetur homini, perit ipse priorque.
 155 Interea iustos per ipsos cernit ad actus,
 Et facinerosum Cain in gehenna reservat.
 In scelere coepit uersari gens omnis humana,
 Nec respicientes, quis esset creator eorum.
 Quod Deus excelsus indigne pertulit illud,

146 Apoc. 21, 4 152 Eph. 6, 11; 16; I Ioh. 3, 8 154 Sap.
 2, 24 (Cypr. de zel. et liu. C. 4)

146 nec *M*; aut *P*¹ (s. u. l.) *v* lacrimae *M* 147 postula *M*
 148 instituet *M Lb Ld*; instituit *P*¹ *R* 150 neglectis *M*
 151 propter quae storias *scripsi* (cf. *Woelfflin. Arch. III p. 146*); propter
 questorias *M*; pr. quaestorias *P*¹; pr. quae scorias *Duebner (coll. Verg.*
Cir. 249); propterea scrupeas *R*; propter quae curas (*postmodo* pr. gras-
 sationes) *Lb (ut Ld adnotat)*; pr. quae quaestorias *Ld (ex recentiore*
Roenschii coniectura) esse] sibi (*postea ipse*) *Lb* 152 inuentiones
 diabuli *M*; inu. diaboli *P*¹ (s. u. l.); adinventiones zaboli *R*
 detegeret *R* om̄f *M* 153 Actorem *R* 154 inuidetur *M Ld (idem*
haec affert exempla: 'huic inuisae (sunt) Parcae solemnem celebrare diem'
C. Inscr. Rh. Bramb. 1052 et Becker. Inscr. Mogunt. 247); inuidet *Lb*;
 insidiatur *R*; *sed cf. u. 361* 155 ipsos *M (P falso: ipsas; cernit*
per ipsos = secernit; cf. Instr. I 26, 33 sqq.; S. 107 p. 757; Alexandre,
excurs. ad Sibyll. p. 522 sqq.); ipsum *P*¹ *v* ad actus *scripsi (= ad*
iudicium extremum; cf. Instr. I 27, 1; II 21, 12; S. p. 784); adactos
*M P*¹; abactos *P*³ *v* 155 sq. abactos. Et *R* 156 facinerosum *P*³ *v*;
 facinerosa *M*; facinora *P*¹ in *m. 1. s. l. scripsit* 157 cepit *M*
 gens omnis *Lb v*; omnis [×]gens [×]*M (signis s. l. additis iustus uerborum*
ordo restituitur); omnis gens *P*¹ (s. u. l.) 159 pertulit illud. *M*;
 pertulit illud; *P*¹; pertulit; illam *v*

- 160 Delere proposuit uniuersa paene creata.
 Dicitur et legitur Noe liberatus ab aqua,
 Ceteri diluuiο perierunt ira caelesti.
 Hinc, sicut initio, paulatim terra repletur.
 Cessit prius facinus, sed alter(a) clades adhaesit.
- 165 Adgressi sunt stulti turrem fabricare sub astris,
 Vt quasi per illam possent ascendere caelos.
 Quod Deus ut uidit fieri sub una loquella,
 Descendit et fecit, loquerentur lingua diuersa.
 Quos inde dispersit per insulas terrae semotos,
- 170 Vt fierent gentes uario sermone loquentes.
 Tunc genus indocile uitam feritatis agebat;
 Nemo Deum sciebat, disputabat nemo de uita.
 Inreperat quoniam rudibus temerarius ille
 Per latices animae, deprauiuit mentes acerbas
- 175 Persuasitque dolo coitus infandos amare,
 Viuere rapinis in gaudio sanguine fuso.
 Hanc gloriam stulti prosequuntur tempore paruo;
 Quo nulla uenia liberat, se dicendo seductos.
 Si suadet adulter, culpa est tua prosequi talem;
- 180 Non ille te damnat, sed tu tua sponte te damnas.

163 Gen. 9, 1 165 sqq. Gen. 11, 4 sqq.

160 Delere *P*¹; Dicere *M*; Demere *R*; Icere (= *tollere, perdere*?)
Ld; perdere *Huemer* uniuersa pene creata *MP*¹; uniuersam paene
 creatam *v* 163 sic *M* 164 prius *P*³*v* (*cf. quae adnotauimus in*
u. 15); prior *MP*¹ altera *P*¹*Ld*; alter *M* (*P*² falso: aliter); aliter
Lb R adhaesit *P*¹*R*; adhesit *M*; accessit *Ld* 165 turrem *M*;
 turrim *P*¹ (*s. u. l.*) *v* astris *P*¹*v*; austris *M* 166 possent ascendere
 caelos (coelos) *P*¹*v*; c. a. p, *Lb*; asc. celos poss. *M* 167 loquella
M 169 dispersit *M*; dispersit *P*¹ (*s. u. l.*) *v* semotas *R*
 171 Tnc (= Tunc) *M*; Tum *P*¹ (*s. u. l.*) *v* agebat *M*; agebant *P*¹
 (*s. u. l.*) *v* 172 scibat *Hanssen, Wilh. Meyer, Abh. p. 292 coll.*
u. 46 173 Inreperat *M* qm̄ *M* 174 deprauiabit *M*
 175 dolo coitus *scripsi* (*cf. b. Gbl. 17 p. 451 sqq.*); dolo citius *M*; dolos
 citius *P*¹*R*; dolos illis *Ld* 176 gaudia *P*³ 177 psequuntur *M*¹,
quod (prima manu?) correctum, ut sit psequuntur 178 Quo *MP*¹
 (= *itaque?*); Quos *P*³*v*; Quod *Lb*

- Errabant indocti ueteris fallacia hostis,
 Obliti Dominum, opera maligna sequentes.
 Quod diu ne fieret grassatio tanta latronis,
 Tempore partito miseratus est tandem ablato.
 185 Conplacuit illi conloqui cum uno de multis,
 Vt faceret populum ad se transeundo dilectum.
 Ex eo coeperunt unum Deum nosse profani
 Et fieri populus secundum Dei decreta.
 Duos enim populos distinxerat ex se Rebecca:
 190 Hic prior est factus, alter ut succederet illi.
 In Aegypto primum Israhel concrevit alumnus;
 Inde Deus illos eiecit duce Moyse,
 Per quem dedit illis legem in monte Sina,
 Vt nostra posteritas Dominum cognosceret unum.
 195 Deinde prophetas ex ipsis dicere iussit,
 Quod Deus in hominem depretiatur ab illis.
 Induxerat eos Dominus in terra promissa,
 Vt ibi sub lege uiuerent, donec ipse ueniret.
 Gens ingrata bonis noluit iugum ferre praeceptis,
 200 Sed magis in scelere prisco reuoluta florebat;

181 indocti *MP*¹ (cf. u. 458); inducti *v*; ducti *P*³ ueteris *P*¹ (s. u. l.) *v*; ueteres *M*, quod ambigas an retinendum et cum indocti sit coniungendum; sed cf. u. 207 seductor antiquus; 317 ueteri latroni; *Cypr. ad Donat.* 4 uetus .. hostis obrepat; ad *Fortun.* c. 2 aduersarius uetus est et hostis antiquus 183 Quod, diu ne *Ld*; sed cf. *Kühner ausf. Gr.* p. 872 sq. 185 conplacuit *M* 187 ceperunt *M* Deum nosse profani *P*² (coniecturá; cf. u. 13; 194; 636) *R*; Deum esse profani *M* (non in 'Deum' e. p., ut *Pitra* in annotatione affirmat); in Deum esse profani *P*¹ *Lb Ld*; nobis in mentem uenit: (unum) Deum esse profari 188 populus *M Lb* (coniecturá) *Ld*; populum *P*¹ (s. u. l.); in populum *R* 189 distinxerat *M* ex se *v*; esse *MP*¹ (esse) Rebecca (uel in Rebecca) *Lb* 191 egypto *M* primum Israel *P*¹ *v*; primum in isrl *M* alumnus *Mv*; alumnis *P*¹ 192 Moyse *Lb v*; Moysi *MP*¹ 193 Sina scripsi (haec enim uetustior apud Latinos huius nominis forma; cf. *Cypr. test.* II, 25, p. 92, 10 H.; *Tertull. Marc.* V 4 med.; de clausula uersus cf. u. 66); syna *M*; Sinai *P*¹ *v* 196 depretiatur *MLd*; depreciatur *P*¹; depreciaretur *Lb R* 199 preceptis *M* 200 furebat *P*², quod postea ipsi (*P*³) displicuit

- Nec umquam desinuit: hodie quoque talis habetur;
 Praetermisso Deo luxurias saeculi mauult.
 Quod maxime Dominus cogit euitare dilectos;
 Abscisos in totum a saeculo praemonet esse.
- 205 Si filios dixit, in illius sancta moremur;
 Quid foris egredimur adulteri pompa<m> sequentes?
 Seductor antiquus per talia decipit omnes:
 Inmittit luxurias, per quas perdat filios Alti;
 Agonia inmittit, spe<cta>culis ire cruentis
- 210 Aut nimis obscenis, inpudica nosse pudicis.
 Si fuerat castus, incestus proficit inde
 Et placent adrident, quae tunc mala gaudia temptant.
 In istis luxuriis populus primitiuus agebat
 Et a lege Dei semper recedebat inormis.
- 215 Ad quos emundandos saepe Deus misit alumnos,
 Vt illos corrigerent deprauatos denuo Summo.

201 Nec umquam (unquam v) *M*v; Nunquam *P*¹ 202 luxurias
*P*¹v; luxuria *M* saeculi *M* 203 dilectos *M*²*P*¹v; delectos *M*¹
 204 seculo premonet *M* 205 Si filios dixit *M* (*idem Roensch suspicatus
 erat*) v; Si filii, dixit, *P*¹ (s. u. l.) 206 Quidni foras egredimur *P*³
coll. Genes. 4, 8 Egrediamur foras; *sed cf. Instr. I 24, 13* Exis inde
 foris pompam *P*¹v; pompa *M* *Wilh. Meyer, Abh. p. 293*
 208 Inmittit *R* (*ingeniose, cum ueram libri ms. lectionem ignoraret*) *Ld*;
 Inmutit *M*; Inmutat *P*¹ (s. u. l.) quas .. filios *P*¹v; quos .. filius
M deperdat *P*³ 209 Agonia inmittit *Ld* (= *certamina?* *cf. Instr.
 II 12, 10*); *idem* Agoniam praefert in adnotatione in *Instr. II 12, 10*;
 Agoniã mit tis *M*; Agoniam mittit *Hanssen, Wilh. Meyer, Abh. p.
 292*; Agoniae inmittit *P*²; Agonia mittit *R* spectaculis *P*¹ (s. u. l.)
 v; speculis *M* cruentes *M* 210 mimis *R* inpudica *M*
 211 incestus *M* (*P*² falso: incertus) *P*¹v 212 placent adrident scripsi
(cf. I. N. Ott in Jahrb. f. cl. Philol. 109 p. 840 extr.); placens ad-
 ridens *M*; placens arridet *P*¹ (s. u. l.) v quae *P*¹v; quẽ *M*
 tunc *M*; hinc *P*¹ (s. u. l.) v temptant *M* 213 istis *M**P*³v; his
*P*¹ primitibus *M* 214 inormis scripsi (= *enormis, erectus*;
cf. u. 221; Woelfflin. Arch. III p. 148); inermis *M**P*¹*R*; aeterni
Ld 215 emundandos *R* 216 corrigerent *P*¹ (s. u. l.) v; corrigent
M Summo *M*; Summi *P*¹v 216 sq. deprauatos denuo Summo.
*Excipere Wilh. Meyer, Abh. p. 305; deprauatos. Denuo Summi Excipere
 P*¹v

- Excipere numquam uoluerunt dicta diuina,
 Sed uoluntate sua saeuierunt semper inepti.
 Mactabant iustos redarguentes illos inique,
 220 Dum nollent accipere frenum disciplinae caelestis.
 Esaiam serrant, lapidant Hieremiam erecti,
 Iohannem decollant, iugulant Zachariam ad aras.
 Et uenit et ipse, fuerat qui praedictus ab illis,
 Et patitur, quomodo uoluit, sub imagine nostra.
 225 Cuius in exitio omnis prophetia repleta est,
 Dixerat hunc Daniel nouissimum esse prophetis.
 Is erat, quem propter uates de tuba canebant,
 In sua uenturum propria, quem sui negarent.
 Inprouidi semper et dura ceruice recalces,
 230 Dum respuunt formam, sacramenta legis amittunt.
 Non illos iustitia humilis caro nata refregit,
 Nec bonitas tanta aut aegrorum cura de uerbo.
 O pia religio, o tam ueneranda maiestas,

219 sqq. Matth. 23, 34 sq.; Luc. 11, 49 sqq.; Matth. 14, 10;
 Marc. 6, 27 (cf. Tertull. Scorp. 8) 226 Dan. 9, 24? cf. 242
 228 Ioh. 1, 11 229 cf. Instr. I 38, 1 230 Phil. 2, 7?
 231 Phil. 2, 8; Matth. 11, 29; Ioh. I, 14

217 numquam uoluerunt *MP*³; nunquam noluerunt *P*¹ (*s. u. l.*) *v*
 218 uoluntate sua *MP*¹ *Ld*; uoluntati suae *R* saeuierunt *scripsi*
 (*cf. u. 838*); seruierunt *M*; seruierunt *P*¹ *v* inepti *MP*¹ *R*; ineptis
Ld 219 inique *M* 220 discipline *M* coelestis disciplinae
 accipere frenum *P*¹; quod tamen idem in excursu retractat 221 Hie-
 remiam *P*¹; hieremiã *M*; Jeremiam *v* 223 Et uenit et *P*¹; Et uenit
*P*³; & ueniet et *M*; Aduenit en *R*; Atque uenit *Ld* 224 quomodo]
 quoniam *Hanssen* 226 prophetae *Lb* 227 Es *M* canebat *M*¹;
 n eadem manus *s. l.* *add.* 228 quem *M* 229 Improuidi *P*³ (*cf.*
Instr. II 16, 24); Improuidis *M*; Improbi *P*¹ (*coll. Instr. I 38, 1*)
 230 formam *P*³ *v*; forma *MP*¹; formas *Lb* 231 iustitia, humilis
 caro nata *R* (*cf. u. 367* humilis in carne; *interpunctionem ante* humilis
sustuli, quia iustitia ablatiuus mihi uidetur); iustitia humiles non caro
 nata *M*; iustitia humiles, non caro nota *P*¹ (*idem in excursu* caro nata
praefert); iustitia humiles, caro nata *Lb Ld* 233 religio *P*¹ *R*
 o tam] o primo *omissum m. 1. s. l. add.*

- Cuius medicina taliter in terra profecit!
 235 Non ullum de ferro secuit, non enplastro curauit,
 Sed sine tormento statim suo dicto sanauit.
 Talia uidentes turbabantur mente Iudaei,
 Qui magis inuidia ducti sunt in zelo liuoris,
 Non respicientes prophetarum dicta sepulti,
 240 Quod ueniret homo talis, qui dispergeret illos.
 Quousque ueniret Dominus, prophetae canebant:
 Ex eo, quo uenit, tacuit propheta Iudaeis.
 Post quem in exilium deuenerunt corde durato
 Nec modo dinoscunt, quapropter sint talia passi.
 245 Praedictum fuerat illis ab Esaia propheta
 Et <a> Danihelo similiter perdere terram;
 Quae non ante tamen, nisi dux ciuitatis in ipsa
 Penderet in ligno, fieret deserta deinde.
 Desubito qualis obfulsit gloria genti,
 250 Vt fieret populus, populus qui non erat ante!

240 sqq. Hierem. 15, 7? Matth. 3, 11 sq.; Luc. 3, 16 sq. (Iustin. Tryph. p. 268, C; 272, B) 245 Esai. 1, 7 sq. (Matth. 23, 38); Dan. 9, 26 250 Hos. 2, 24

234 profecit *P¹v*; proficit *M* 235 Non ullum *scripsi* (cf. *Instr.* I 32, 6); Non illū *M* (*P² falso*: Non illius); Non ille *P¹v* enplastro *M* 236 sanaū *M* 237 turbabantur *P¹v*; turbabuntur *M* 238 magis inuidia *Lb R*; magis inuidiae *MP¹*; malis inuidiae *Ld* ducti sunt *MP¹Ld*; sunt ducti *Lb R* liboris *M* 238 sq. ducti sunt (sunt ducti), in zelo liuoris Non *Lb v* 239 sepulti *MP¹* (= *sopiti*; cf. *Verg. Aen.* 6, 424 custode sepulto); sepulta *Lb R*; seducti *Ld* (cf. *Instr.* I 11, 5) 240 disperderet *R* in *commentario coll. Instr.* I 2, 4 241 canebat *M* 242 iudeis *M* 245 Predictum *M* ab Esaia propheta *P¹*; ab Esaiam (esaiā *M*) prophetam *M Lb Ld*; *sed uide quod sequitur*, Danielo 246 a *scripsi*; *om. MP¹v* Danihelo *M* (cf. *Cypr. uit. c. 11 p. CII, 12 H.*: ut Heliae uel ut Danielo; *Pseudocypr. de pascha comput. p. 262, 1 H.*; *Lucif. Calar. 164, 24 H.*; *Sulp. Seuer. p. 58, 2; 63, 10; 21 Halm.*; *Prudent. Cathem. 4, 70 Danielus*); Daniele *P¹*; Danieli *R*; Daniele *Ld* similiter, perdere *P¹* (cf. *u. 393*); similiter pendere *M*; similiter, illos perdere *R*; simul iter, quo perderent *Ld* 247 quae *v*; quam *MP¹* ligno; fieret *P¹* 249 glā *M*

Non fuit adtonitus Esau, dilectus a patre,
 Iunior quod frater primitiua tolleret ille?
 Sic nec synagoga potuit cognoscere tempus,
 Quando et quo duce caderet de suo priuato;
 255 Sicut erat scriptum, quod auis sua tempora norunt,
 Nam populus iste non me intellexit adesse.
 Ventum est, ut ipse dominator caeli ueniret:
 Secundum scripturas non est computatus ab ipsis.
 Praescius hoc fuerat Dominus, quasi cuncta qui nouit;
 260 Idcirco per ora prophetarum ista praedixit.
 Gens ceruicosa nimis semperque rebellans
 Dum sibi primatum uindicaret, causa resecta est.
 In quorum stadia gentiles esse praefecit;
 Dixerat hoc ante: Gentes sperabunt in ipsum.
 265 Nam lapis inmissus ipse est in fundamina Sion,

251 Gen. 27, 34 255 sq. Hierem. 8, 7 258 Esai. 53, 3
 261 cf. 229 264 Esai. 11, 10 (Cypr. p. 56, 6 H.) 265 Esai. 28, 16

251 adtonitus *M* 252 fr *M* tollet *M* ille? *scripsi*; ille.
P¹Ld; illi. *R* 253 sinagoga *M* 254 priuato *M*; primatu *P¹R*;
 priuata *Ld* (*coll. Instr. I 5, 2* patrem de regno priuauit) 255 Sicut
 //ra//lt (*ante t erasum n*) *M* scribunt *M* auis *M*; aues *P¹v*
 256 me non *R* 257 Ventum *MP¹R* (*Instr. I 18, 6*); Inuentum *Ld*
 (*idem tamen in Instr. praefat. p. IX* uentum est *praefert*) 257 sq.
 ueniret, Secundum scripturas; non *P¹* 258 Secundū *M* scribunt
M computatus *M* 259 quasi *MP¹R*; quippe *Ld* (*cum codicis*
lectio . . Dei summam potentiam impugnet; *sed cf. Petschenigi et*
Mommsenii indices editionibus Victoris Vitensis et Iordanis subiunctos
s. u. quasi; *Tertull. adu. Hermog. c. 19* utimur uocabulo principii quasi
 originis, non quasi ordinis nomine; *Ennod. p. 39, 18 H.* Abraham . .
 filium morti quasi pius pater . . laetus exhibuit; *Lucif. Calar. 76,*
23 H. quasi quis, inquam, tibi usurpasti hanc auctoritatem?); ipse
Huemer 260 hora . . praedixit *M* 260 sq. praedixit: Gens . . re-
 bellans; Dum *P¹*; praedixit. Gens . . rebellans, Dum *R*; praedixit. Gens
 . . rebellans! Dum *Ld* 262 e casa reiecta est *R* 263 stadio *P¹*;
sed cf. Instr. I 27, 19 praefecit *M* 264 ante: Gentes *P¹v*;
 anlegentes *M* sperabunt gentes *Hanssen* 265 inmissus *M*
 fundamina *P³v*; fundamenta *MP¹* (*Cypr. p. 82, 6 H.*: inmitto in
 fundamenta Sion) Sionis *P¹*

Crederet in quo qui, is haberet uitam aeternam.
 Hunc sanctum sanctorum Daniel perungui designat
 Et exterminari post illum chrisma regale.
 Dauid illum dixit clauis configi silentem:
 270 Effoderunt, inquit, manus meas et pedes ipsi.
 Salomon quoque tam aperte de illo prophetat,
 Occidamus iustum! dicturos esse Iudaeos.
 Hieremias totidem crucem figurate demonstrat:
 Venite, mittamus lignum in pane! dicentes.
 275 Dux autem ipsorum Moyses praeconiat illis:
 (275) Ante tuos oculos pendebit uita necata.

Hic pater in filio uenit, Deus unus ubique:
 Nec pater est dictus, nisi factus filius esset.
 Nec enim relinquit caelum, ut in terra pareret,
 280 Sed, sicut disposuit, uisa est in terra maiestas;

266 Ioh. 3, 15 267 Dan. 9, 24 269 Psal. 118, 120 (Cypr.
 p. 88, 7) 270 Psal. 21, 17 271 sq. Sap. 2, 12; 20 273 sq.
 Hierem. 11, 19 275 sq. Deuter. 28, 66 (Cypr. p. 87, 19 H.)

266 Crederet in quo qui, is *Ld* (Cypr. p. 88, 18 H.: et qui credi-
 derit in eum); Crederet in quo quis *MP*¹; In quo quisquis crederet
R 267 sanctorum *P*¹*v*; sanctor^z *M*; *del.* *P*³; sanctum *Lb*
 pungui *M*; perungui *v*; perungi *P*¹ 269 illum *Wilh. Meyer*; illud
*MP*¹*v* 270 inquit *M* 271 te *Ld* (errore typogr.) iudeos
M 273 Hieremias *P*¹; hieremias *M*; Ieremias *v* demonstrat *M*;
 demonstrans *P*¹ (s. u. l.) *v* post uersum 273 in medio uerborum
 contextu positum est signum *bd*; eadem manu sub signo *bp* imo mar-
 gine scriptus inuenitur uersus 274 (Venite etc.) 275 Dux autē ipsor^z
 moyses preconiat illis *M*, quae inde ab editione principe omittebantur;
cf. S. 107 p. 794 276 necata *P*³*v*; negata *MP*¹ 278 est dictus
*MP*¹ (*cf. Wilh. Meyer, Abh. p. 292*); esset dictus *v*; d. e. *Lb*
 279 relinquit] n initio omissum in *M* m. 1. add. 280 post maiestas
M haec habet, quorum *Pitra* nullam fecit mentionem: De uirtute sua
 carnasse licet facere fimbriam unam. Inter nouissimam horum uerborum
 partem et locum quandam commentariū euangelici, qui *Theophili* nomine
 circumfertur (*Theod. Zahn, Forschungen zur Gesch. d. neutest. Kanons,*
1883, tom. H p. 51, 5 sqq.) necessitudinem quandam intercedere alio

De uirtute sua carna<liter na>sci <se fecit>

* * * * * *
* * licet facere fimbriam unam.

(280) Iam caro Deus erat, in qua Dei uirtus agebat.

285 Quid, quod prophetae canunt, inuisibilem esse uidendum,
Vt claritas tanta fieret homo quoque pro nobis.

285 Esai. 25, 9; 40, 9; 52, 10; 53, 1 sqq.(?) 286 Esai. 40, 5
(Cypr. p. 69, 4 H.); cf. Ioh. 1, 14

loco iam monui (S. 107 p. 794); ad prioris autem partis caliginem aliqua ex parte illustrandam haud inutilis mihi uidetur locus Tertullianus (de praescr. haeret. c. 13): postremo delatum (uerbum = filium Dei) ex spiritu patris Dei et uirtute in uirginem Mariam (Euang. Luc. 1, 35), carnem factum in utero eius et ex ea natum exisse Iesum Christum. Primo igitur, nisi fallor, Commodianus de Christo ex uirtute Dei nato uel potius, ut erat ille Monarchianus, de Deo sua ipsius uirtute in Christo nasci se faciente egit, deinde ex miraculis a Christo editis unum attulit (Matth. 14, 36), ut, quantum in illo ualuisset uirtus diuina, exemplo comprobaretur. Prioris sententiae nouissima, posterioris prima pars cum periisse uideatur, maioris lacunae interposui signa. Ceterum primum uersum utcumque poteram composui; reliquis manum admouere non ausus sum. — De locutione carnaliter nasci cf. u. 403 Praedictus est Deus carnaliter nasci; de facere se cum infinitiuo cf. u. 122. — Roensch (Berliner Wochenschrift V (1885) p. 401) ita locum scribendum censet: De uirtute curasse sua legis fimbriam unam, eamque opinionem litteris ad me datis ita rationibus firmat: 'In diese wenigen Worte ist, wie ich glaube, die ganze Erzählung Luc. 8, 43–48 kurz zusammengedrängt, vgl. namentlich daselbst V. 44: tetigit fimbriam, 46: noui uirtutem de me exiisse, 47: quemadmodum confestim sanata sit.' Quae argumentatio uiri doctissimi quamquam haud mediocriter me mouet, dubitauit tamen quae proposuit recipere, praesertim cum uersus: De uirtute curasse sua legis fimbriam unam legitima apud Commodianum caesura semiquinaria careat; cf. Hanssen, de arte metrica Commod. § 2 p. 7; Wilh. Meyer, Abh. p. 289 284 Deus erat P¹ (cf. u. 342); deserat M; deseratur ('nunmehr wird das Fleisch erschlossen .., d. h. der Leib der Maria überschattet ..') uel sed erat Lb; uerbus erat (in quo) uel deserat (idem P³) uel deserat (= desueuerat) R; descenderat Ld age bat (sic!) M 284 sqq. agebat, (Quid .. uidendum?) Vt v 286 claritas tanta R; charitas (caritas Ld) tanta P² P³ Ld; alacritas tanto MP¹

Nec populus noster prosilisset in noua lege,
Si non Omnipotens ordinasset ante de nobis.

(285) Hic erat Omnipotens, cuius <in> nomine gentes

290 Crederent omnino, quod propheta dixit Esaias:

Exurget in Israel homo de radice Iesse,

In illum sperabunt gentes, cuius signo tuentur.

Et alter dixit testem illum esse per orbem,

(290) Manifestari eum principem nationibus ipsum.

295 In psalmis canitur: Dominus regnauit a ligno;

Exultet terra, iocundentur insulae multae.

Sic et patriarchae Iacob benedictio uera

Paruit in gentes: Hic erit spes gentium, inquit.

(295) Sub caelo non aliud nomen est nisi Christi praelatum,

300 In cuius nomine crediderunt gentes ubique.

291 sq. Esai. 11, 10 293 Esai. 55, 4 (Cypr. p. 56, 2 H.)

295 sqq. Psal. 96, 1; 95, 10 sq. (cf. Cypr. p. 98, 7 H.; Tertull. Marc. 3 c. 21; Iustin. Tryph. c. 73; Roensch. comment. ad hunc locum)

297 sq. Gen. 49, 10 299 sq. Act. 4, 12

287 noster] n̄r **M** psilis///set (*erasae litterae es*) **M** nouam legem **P**³ 289 in **P**¹v (cf. u. 300); om. **M** gentes *initio omissum in M m. 1. add.* 290 Crederent **P**² in nota ad u. 295 (300) *pertinente*; Credere **M** (**P**² falso: credidere); Credidere v; Crediderunt **P**¹ omnino **MP**¹**R**; omnes **Ld** Credidere; omnino **R**; credidere omnes. **Ld** quod **MLbR**; Quid **Ld**; om. **P**¹ Esaias? **Ld**
291 Exurget **M**; Exsurget **P**¹v ifl **M** 292 signo **M** (cf. *Cypr. test. II 22 inscript.*: Quod in hoc signo crucis salus sit omnibus, qui in frontibus notentur. *De passiuo tuentur cf. Georg. HW*¹ s. u. tueo); signa **P**¹ (s. u. l.) v 293 alter ∅ (= dixit) **M** (alter *retinui, quamquam Roensch in commentario p. 244 recte monuit insequentem quoque locum eiusdem Esaiiae prophetae esse; Commodianus ipse uidetur errasse*); alter <cecinit> **P**¹; aliter (uel alibi) cecinit **R**; ait terrarum **Ld** 296 Exultet terra **M**; Exultent terrae **P**¹ (s. u. l.) v; cf. *S. 107 p. 799* 297 et patriarchae v; et patriarcha **M**; patriarcha **P**¹
297 sq. Iacob: «Benedictio uera .. gentes, hic .. gentium», inquit **P**¹ inquit **M** 299 celo **M** praelatum *Hilgenfeld Ld*; prelator **M**; praelator **P**³ ('quasi praefertur aut proferatur') **Lb** (*omisso est*); praestatum **R** 300 crederent **P**²

Non ita suademur credere pro tempore clauso,
 Sed propter futurum tempus, in aeterno uiuentes.
 Haec speranda nobis spes est, sempiterno frunisci,
 (300) Non ista, quae fragilis cito mutat gaudia nostra.
 305 Sint licet diuitiae prae oculis laute fruendae,
 Excluderis illis substituta morte caduca;
 Aut si perseuera[ue]ris, horrescis ipse uiuendo,
 Aut si ualetudo fuerit mala, quo tibi uita?
 (305) Tormentum est totum, quo(d) uiuimus isto sub aeuo;
 310 Hinc adeo nobis est spes in futuro quaerenda:
 Hoc Deus hortatur, hoc lex, hoc passio Christi,
 Vt resurrecturos nos credamus in nouo saeclo.
 Sic Dei lex clamat: fieret cum humilis Altus,
 (310) Cederet infernus, ut Adam leuaretur a morte,
 315 Descendit in tumulum Dominus suae plasmae misertus
 Et sic per occulta inaniuit fortia mortis.
 Obrepsit Dominus ueteri latroni celatus
 Et pati se uoluit, quo magis prosterneret ipsum.

316 Hebr. 2, 14

301 clauso *scripsi* (cf. u. 411 historia clausa; *Horat. carm. II 4, 24* claudere lustrum); quasso *MP¹*; casso *v*; fortasse scribendum passo, ut u. 62 pando cum *P¹R* posuimus pro quando; cf. *Lucret. 6, 359* tempora se ueris .. pandunt; adde quod *Diez, Etymol. Woerterb.⁴ p. 238*, passare a pandere originem ducere putat 303 Hec *M*
 speranda *MP¹Ld*; quaerenda *LbR* sempiterno frunisci *M* (*P²* falso: franisci) *Ld*; sempiterna frunisci *R*; (sempiterno) fruenda *P²*; idem tamen in excursu (*P³*) frunisci ueram lectionem esse putat 304 fragilis *P¹v*; fragili *M* nostra *P³*; nã *M*; uita *P¹* 305 laute *M*; lautae *Ld*, nescio an recte 306 caduca *M* (cf. *Horat. carm. II 13, 11; III 4, 44*); caduco *R*; caducus *Ld* 307 *Nτ* si (= Aut si) *MR*; Vt si *P¹*; Si *Ld* perseueraueris *M*; perseueraris *R* *Hanssen*; perseueris *Wilh. Meyer, Abh. p. 292* torpescis *R* 308 quo *MPLd*; quid *R* 308 sq. uita | Tormentum *P¹* 309 quod *v*; quo *M*; qua *P¹* 310 nobist *Hanssen* querenda *M* 312 resur recturos *M*
 hoe *M¹*; nou *M²* sclo *M* 314 Cederet *M* 315 Descendit *P¹v*; Discendit *M* plasme *M* misertus *P¹v*; miserius *M* 317 celatos *M*

- (315) Ille quidem audax et semper saeuus ut hostis,
 320 Dum sperat in hominem saeuire, uictus a Summo est.
 Per quod prius hominem prostrauerat morti malignus,
 Ex ipso deuictus; unde nobis uita prouenit.
 Adam degustato pomo mori iussus obiuit;
 (320) Cuius de peccato morimur sic et omnis itemque.
 325 Sed iterum dixit Dominus: De ligno uitali
 Si sumpserit ille, in aeternum uiuat honestus.
 Mors in ligno fuit et ligno uita latebat,
 Quo Deus pependit Dominus, uitae nostrae repertor.
 (325) Hoc lignum uitae Dominus praedixerat esse,
 330 Vt, qui credit ei, sic sit quasi sumat abinde.

323 sq. Rom. 5, 12 325 sq. Gen. 3, 22 330 Ioh. 3, 15

319 seuus *M* 320 seuire *M* 320 sq. est. Per quod *P*¹; est,
 Per quod *v* 321 morti *M* (cf. Verg. Aen. 12, 464 sternere morti);
 morte *P*¹ (s. u. l.) 323 pomo *P*¹*v*; homo *M* obiuit *P*³*R*; obiit
*P*¹; abiit *M*; abiuit *Ld* (coll. u. 1055 in umbra mortis abibunt)
extremo huius uersus uocabulo in M additum est signum b̄d, quo per-
tinet imo margine : b̄p̄:, sub quo signo uersum 324 initio omissum m.
1. (?) add. 324 morimur sic et omnis itemque scripsi (cf. Instr. I
 35, 4; de item et idem inter se confusis cf. u. 583; de aduerbio cum
 adiectiuo particula copulatiua coniuncto cf. Verg. Aen. 11, 673 prae-
 cipites pariterque ruunt; de et .. que compositis cf. u. 623; ceterum
 ambigo, an et = auch, que = und zwar sit; cf. u. 154 perit ipse
 priorque); morimur sic & omnis Idemque *M*; morimur; sic uiuus et
 omnis. | Idem *P*¹; 'Sic eius(!) omnis *ib.*' (= in cod.) *P*²; moritur filius
 eius omnis. | Idem *R*; morimur: sic est iussus omnis; | Idem *Lb*; morimur
 stirpis eius omnes. | Idem *Ld*; morimur similiter omnes *Hanssen*
 325 Sed iterum *ǵ* (= dixit) dñs *M*; (Idem) sed iterum Dominus *P*¹;
 (Idem) sed iterum Domini *v*; (Idem) sed iterum donum *Lb*; idem in
 adnotatione haec temptat: sic est iussus omnis (sc. mori); sed idem
 iterum, si sumpserit ille donum (cf. Rom. 5, 15) de ligno uitali, (iussus
 est, ut) in aeternum uiuat honestus (i. e. iustificatus; cf. Rom. 5, 21)
 ante de ligno interpunctio uulgo omittitur 326 ille *M Ld*; illum
*P*¹; inde *R* (uulgo ante ille uel inde interpungitur) uiuat *M P*¹;
 uiuet *P*³*v* 327 et ligno *M P*¹; et in ligno *v* 328 uite .. reppertor
M 329 predixerat *M* esse *M* (cf. u. 335; *P*² falso: iste); ipse
*P*¹*v* 330 credet ei *Wilh. Meyer* (cf. u. 669); credet (ipsi) *Hanssen*;
 credet & *M*; credit et *P*¹ (s. u. l.) *Ld*; creditet *Ebert* (*Abh. d. k. saechs.*
Gesellsch. d. Wissensch. phil.-hist. Cl. V p. 391); crediderit *P*³*R* (cf.
 u. 664) sic sit *M P*³*R Hanssen Ebert*; sitit *P*¹; scit, is *Ld*

- Et sumit et gustat suauiter Dei summi praecepta
 Et discedit, quoniam potior resurgit, a morte.
 Qui credit in Christo, de ligno uitae degustat,
 (330) Quo fuit suspensus Dominus, <a> Moyse praedicto.
 335 Hunc ipsum Esaias humilem denuntiat esse
 Et nimis deiectum, fuerit quasi serui figura:
 Et uidimus illum, nec erat praeclarae figurae,
 In plaga depositus homo, sciens omnia ferre.
 (335) Hic dolet pro nobis et peccata nostra reportat,
 340 Et pro facinore nostro Deus tradidit illum.
 Qui, cum uexaretur, tacuit sicut agnus ad aras.
 Hic homo iam non erat, sed erat Deus caro pro nobis;
 Quo palam apparet hoc [erat] Dei nomen oriri,
 (340) Quod modo praeclarum nomen apud gentes habetur.
 345 Hoc Malachiel canit propheta, qui et angelus ipse,
 Cum et Iudaeorum reprobet sacrificia dicens:

331 Hebr. 6, 5 334 Deuter. 28, 66; cf. u. 518 sq. 335 sqq.
 Esai. 53, 2 sqq. 344 sqq. Mal. 1, 10 sq.

331 suauiter *MP*¹; suauia *v* 332 resurgit, a morte *v*; resurgit a morte *P*¹ 334 suspensus] 'fortasse appensus' *R Ld* (*praefat.*)
 <a> Moyse (Mose *Lb*) praedicto *Lb Ld Hanssen*; Moyse predicto *M*; a Moyse praedictus *R*; Moyse praedictus *P*¹ 337 illum *M*; eum *P*¹ (*s. u. l.*) *v* praeclarae figurae *P*¹ *v*; praeclare fulgurae *M* 338 In plaga *P*¹ *v*; impleta *M* depositus *MP*³ *Ld*; positus *P*¹; sed positus *R*
 339 nobis *MR* (*coniecturâ*); nostris *P*¹ (*s. u. l.*) *Ld* 340 propter facinora nostra *R*, quod *Ld* recte auersatur coll. *Cypr. test. II, 13 p. 78, 1 H.*: Et Deus tradidit illum pro peccatis nostris 341 aras *M*; aram *P*¹ (*s. u. l.*) *v* 342 non *del. R* sed Deus erat *R* caro *P*¹ *R Hanssen Wilh. Meyer, Abh. p. 293 (cf. u. 284)*; cura *M*; curans *Ld* 343 Quo *MLd* (*coniecturâ*); Quod *P*¹ (*s. u. l.*); Quae *R* apparet hoc erat Dei nomen *M* (*erat ex antecedente uersu perperam huc irrepsisse recte monuit Ld*); apparet, hoc erat, Dei nomen *P*¹; (nobis, | Quae palam) apparebat, factus. Dei numen *R* 344 preclarum *M* 344 sq. habetur. | Hoc *Ld*; habetur, | Hoc *P*¹ *R*
 345 Malachia *Hanssen p. 62* et *del. P*³ angelos *M* 346 iudeorum *M*

Non erit acceptum mihi sacrificium uestrum,
 Sed in omni loco offerunt meo nomini gentes,
 (345) Apud quos eximium nomen meum magnificatur,
 350 Qui sine cruore offerunt meo nomini munde.
 Nam fuit is ipse humilis, latens nomine magno,
 Qui de semet ipso per ora prophetica clamat:
 Contumax non sum, ait, neque contradico nocenti,
 (350) Dorsum quoque meum posui ad flagella caedendum
 355 Maxillasque meas palmis feriendas iniquis
 Praebui nec faciem auerti sputis eorum.
 Stultitia subiit multis, Deum talia passum,
 Vt enuntietur crucifixus conditor orbis.
 (355) Sic illi conplacuit consilium neminis uso —
 360 Nec alius poterat — taliter uenire pro nobis.
 Mortem adinuenit, cum esset inuidus, hostis,
 Quam ebibit Dominus passus, ex inferno resurgens.
 Idcirco nec uoluit se manifestare, quid esset,
 (360) Sed filium dixit se missum fuisse a patre.
 365 Sic ipse tradiderat semet ipsum dici prophetis,
 Vt Deus in terris Altissimi filius esset.

353 sqq. Esai. 50, 5 sq. (Cypr. p. 78, 3 H.) 359 Rom. 11, 34
 361 Sap. 2, 24 362 I Cor. 15, 54; Hos. 13, 14; Esai. 25, 8
 366 Luc. I, 32

348 et 350 nomini *P¹v* (*idem Cypr. test. I 16 p. 50, 11 H.*; *Tertull. adu. Iud. 5*; *Marc. 3, 22*); nomine *M*, sed priore loco altera manus e in i mutauit 349 quas *R*, quod refutat *Ld coll. u. 686 al.*
 350 Quae *R* munde *M* 351 his *M* 352 p hora pphetica *M*
 356 prebui *M*; deinde una littera erasa sputamentis *R* 359 sqq. conplacuit (*M*) consilium .. uso | — Nec .. poterat — taliter uenire pro nobis. | Mortem *Wilh. Meyer* (*qui alius genetiuum esse existimat*; pro nobis cum uenire esse coniungendum apparet, si comparaueris *u. 286*); conplacuit: Consilium .. usus (*M*), | — Nec .. uenire — pro nobis | Mortem *v*; Sic .. conplacuit, consilium .. usus, | Nec .. poterat taliter uenire pro nobis. | Mortem *P¹* 361 esset] postremas duas litteras in *M m. 1. in rasura scripsit* post inuidus comma posui; cf. *u. 152*; 154 364 patre *M* 366 post altissimi littera f in *M* erasa

Hoc et ipse fremit, humilis in carne cum esset,
 Testaturque patrem, ut ora prophetica firmet.
 (365) Ex Israel legimus hominem resurgere talem;
 370 Et homo est, inquit, et quis eum nouit in ipsis?
 Hieremias ait. Hic Deus est noster aequalis,
 Post haec et in terris uisus est conuersatus humanis.
 Esaias autem: Tu es Deus, et nesciebamus:
 (370) Et Deus in te est, et praeter te non alter habetur.
 375 Et quis in occasum prophetarum lege ueniret?
 Cantate Domino, nomen est Deus illi, qui uenit!
 Et psalmus de ipso quartus quadragesimus inquit:
 Exaltabor ego in gentibus nomine magno.
 (375) Et alibi legimus: Hodie te genui, fili;
 380 Pete, et dabo tibi, et habebis gentes heredes.
 Certe iam apparet, qui sit Deus et quis in ipso,
 Et cuius in nomine crederemus gentes ubique:
 Dictum est Christo meo, teneo cuius dexteram, illud:
 (380) Exaudiant gentes, et imperet gentibus ipse.
 385 Quid plurimis opus est, cum res tam aperte probatur,

369 cf. 291; Numer. 24, 17 370 Hierem. 17, 9 (Cypr. p. 74,
 17 H.) 371 sq. Bar. 3, 36; 38 373 Esai. 45, 14 sq. 375 sq.
 Psal. 67, 5 377 sq. Psal. 45, 11 379 sq. Psal. 2, 7 sq.
 383 sq. Esai. 45, 1 384 Psal. 21, 29

367 fremit *MP¹R* (*in textu*); premit *R* (*in comment.*) *Ld*
 368 profetica *M* 369 ἰσὶ *M* 371 Hieremias *M* 374 preter
M 375 quis *MP¹Ld*; qui *R* occasum *M* (*cf. Schuch. Vokal. I*
p. 112) legi *M* ueniret? *Ld*; ueniret: *P¹*; ueniret, *R*, *ut* qui
(u. 375) ad Domino (*u. 376) pertineat; idem in commentario profitetur*
magis sibi placere ueniret secundum Graecum τῷ ἐπιβεβηκότι; sed cf.
u. 241 376 ille *M* 377 quartus quadragesimus *Mv*, *qui numerus*
quamquam discrepat a uulgari psalmorum diuisione, nihil tamen mu-
tandum; cf. quae disserui in Zeitschrift f. wissenschaftl. Theol. XXII
p. 380 sqq. inquit *M* 378 Exaltabar *M* gentibus *M*
 379 hoī *M* 381 apparet *M* qui sit *M* (*cf. u. 90*); quis sit *P¹* (*s.*
u. l.) v 382 ubique *M* 384 imperet *P¹v*; imperent *M*
 385 plurimis *MP¹R*; pluribus *Ld*; *cf. Ienaer Literaturzeit. ann. 1877*
p. 797; Wölfflin., lat. u. rom. Comparat. p. 59 sq.; p. 70; ceterum Ld
ipse genuinam lectionem restituit in praefat. Instr. p. VIII

Cum is, qui taxatur, populus iam in illo laetatur?
 Illi autem miseri, qui fabulas uanas adornant
 Et magum infamant, canentibus rostra clusissent.
 (385) Quales eos dicam? antequam dispersi fuissent,
 390 Quos nec exulatus fregit nec seruitus ipsa.
 Si magus adfuerat, cur ergo prophetae canebant
 Venturum e caelo, ut esset spes gentium ipse?
 Si false de ipsis pronuntiant perdere terram,
 Quod prouenit de eis, sic erint et falsa de illo.
 395 Sed quia sunt semper sprete, quod cruenti fuerunt,
 (390) Contra suum Dominum rebellant dicere magum.
 Nec uolunt audire, quae dixerunt uates in illos,
 Quod non intellegerent in totum fine sub ipsa.
 Ipse Deus illos descripsit: Pectore clauso
 400 Nec uideant oculis nec intellegant corde durato;
 (395) Incrassauit enim cor populi huius iniqui,

392 Gen. 49, 10 393 cf. 245 sq. 399 sqq. Esai. 6, 9 sq.

386 his *M* letatur *M*²; probatur *M*¹ 388 magum *P*¹*v*;
 magnum *M* 389 dispersi] *postremae duae litterae in M¹ sic scriptae*
v, quod altera manus correxit ut sit *fi* *post fuissent inuenitur in*
cod. signum ̅̅̅̅, cui respondet imo margine ̅̅̅̅, quo signo praemisso
altera manu u. 390. subiungitur 390 nec exulatus *P*³*v*; nec exolatas
M (*P*² falso: exolatos); nec exulatos *P*¹ fregit nec seruitus ipsa
Wilh. Meyer; fregit *In senectas ipsas M* (*P*² falso: ipsos); fregit nec
 ipsa senectus *Ld*; fregit, ense (ensis *R*) necat ipsos *P*¹*R*; fregit, sed
 incitat ipsos *P*³ 391 adfuerant *M*¹; *n del. M*² prophete *M*
 canebant? *P*¹*v* *post canebant M haec praebet a Pitra omissa:*
 Venturꝰ e celo ut esset spes gentium ipse; cf. u. 744; *S. 107 p. 795*
 394 erint et falsa scripsi (cf. *Instr. II 3, 4; 23, 12; I 27, 18*); erit et
 falsa *M*; erunt et falsa *P*¹ *Wilh. Meyer, Abh. p. 293*; erit et falsum
v 395 semp sprete *M*; sprete semper *P*¹ (s. u. l.) *v* 396 dicere
 magum *P*¹*R*; dicere magnum *M* (*P*²: 'Magnus in cod.');; magum dicen-
 tes *Ld*; *P*³: 'Aliis placuit retinere magnum i. e.: Hi prae sua in
 Deum proterua illi magni nomen detrectant' 398 in *M m. 1. s. l.*
 ipso *P*¹ 399 descripsit *M* descripsit: Pectore clauso scripsi;
 descripsit, pectore clauso *P*¹; descripsit pectore clauso (cluso *R*), *v*
 400 Nec *M*; Ne *P*¹ (s. u. l.) *v*

Vt nihil agnoscant, donec meo uerbo sanescant.

Praedictus est Deus carnaliter nasci pro nobis,

Vt fieret illis merito cruciatio maior:

405 Ecce dabit Deus ipse uobis signum ab alto:

⁽⁴⁰⁵⁾ Concipiet uirgo et pariet terra caelestem;

Emmanuel autem uocetur, iusserat illos;

Quod lingua Latina 'Deus nobiscum' euoluit.

Audite, quod ipse nutriretur melle, butyro,

410 Et Samariam caperet, uerbum priusquam loqueretur.

⁽⁴⁰⁵⁾ Sed haec est historia clausa, de qua docti reuoluunt,

Vt paruulus lactans sine pugna praedas iniret;

Passio cuius praedicta est taliter ante,

Vt Deus passibilis fieret profuso cruore.

415 Esaias ait: Tamquam ouis ductus ad aram,

⁴¹⁰ Nec uoce clamauit, patienter omnia gessit.

405 sqq. Esai. 7, 14 sq. 408 Matth. 1, 23 410 Esai. 8, 4

415 sq. Esai. 53, 7

402 meo uerbo sanescant *P²v*; mea uerba senescant *MP¹*; *P³* dicit noluisse se coniecturam suam in textum recipere, quod ironice Commodianus dicere potuerit: 'Nae, tantum audient, quum Dei deficientibus annis ipsius uerba senio tabuerint'

403 predictus *M* Dominus

Hanssen Wilh. Meyer, *Abh.* p. 290 404 cruciatio *M*; r m. 2. addidit

405 Dominus Hanssen 406 caelestem *M* 407 illis *R*

409 buturo *M* 410 Et (om. *R*) Samariam caperet, uerbum *P¹* (s. u. l.) *v* (ad quam lectionem probandam *R* affert Esai. 8, 4 διότι πρὶν ἢ γυνῶναι τὸ παιδίον καλεῖν πατέρα ἢ μητέρα, λέγεται . . τὰ σκῆλα Σαμαρείας); Et uerbum Samaria caperet et *M* (apparet igitur, quae codicis lectio uidebatur, eam ingeniosam Pitrae esse coniecturam)

priusquā *M* (*P²* falso: priusque) 410 loqueretur *M* 411 hec *M*

hystoria *M* clusa *R* qa *M* 412 predas *M* iniret *P¹* *R* Wilh. Meyer, *Abh.* p. 293; inire *M* (extremo margine scriptum, ut una littera potuerit glutinatoris opera intercideret); teneret *Ld* (quia 'dictio praedas inire latina est nulla neque cum uerbis Graecis (Ies. 8, 4) conuenit'); haberet Hanssen 413 predicta *M* 416 post gessit *P¹v* exhibent: Tu Deus et Dominus uere meus! contra quem ille, quae uerba in *M* non hoc loco, sed post uersum 567 inueniuntur; cf. *S.* 107 p. 793 sq.

Suffigitur clavis, quod Dauid praedixerat olim;
 Quem et potauerunt secundum scripturas acetum.
 (415) Et in uestimentis meis, dixit, sortem[que] miserunt,
 420 Quod factum, et legimus in illo omnia gesta.
 Fuerunt et tenebrae factae tribus horis a sexta
 Festinauitque dies inducere sidera noctis.
 Praedictum hoc fuerat fieri per prophetam Amos,
 (420) Vt tegeter subito sese per sollemnia sancta.
 425 O mala progenies, * * subdola fronte!
 Generaui suboles, dixit Deus, qui me negarent.

417 Psal. 118, 120 (Cypr. p. 88, 7 H.) 418 Psal. 68, 22
 419 Psal. 21, 19 421 Matth. 27, 45 423 sq. Amos 8, 9
 425 Esai. 1, 4 426 Esai. 1, 2

417 predixerat 418 scribaturas *M* acetum *MP¹* v ut psalm.
 cod. Sangerman. (Sabat. II p. 137) et cod. Fuld. deperd. in libro
 Tertull. adu. Iud. c. 13; aceto *Lb* 419 Et *M*(?) *R* (coniecturâ) *Ld*;
 Vt *P¹* (s. u. l.) sortem *Lbv*; sortemque *MP¹* *Wilh. Meyer, Abh.*
p. 293 ('que steht bei Commodian öfter, wo es kaum zu erklären ist')
 420 sq. factum, et legimus in .. gesta. | Fuerunt *scripsi*; factum et
 legimus in .. gesta fuerunt. | *P¹*; factum et legimus. In .. gesta fu-
 erunt. | *R*; factum et legimus. In .. gesta | Fuerunt *Ld* 421 fuerit
M tenebrae factae tribus horis a sexta *Hanssen Wilh. Meyer, Abh.*
p. 293; tenebre facte tribus horis a^d sextam *M* (d m. l. s. l. scripsit);
 tenebrae factae ad sextam (in *P³*) tribus horis *P¹*; t. f. tr. (sunt) h.
 ad sextam *Lb*; t. f. tr. in h. a sextam *R*; t. f. tr. h. ad sextam *Ld*
 422 inducere *M*; obducere *P¹* (s. u. l.) v 423 Amos *MP¹* (cf. u. 66;
 193); Amosum *P³* v post Amos in *M* additur ϕ , quod est signum
 uersus exeuntis 422 sqq. noctis. | Praedictum .. Amos, | Vt *scripsi*;
 noctis. | Praedictum .. Amos | Vt *P¹*; noctis, | — Praedictum .. Amosum
 — | Vt v 424 Vt tegeter subito sese (sc. dies) *Ld*; Vt legeret subitos
 esse *M*; Vt legeret sublato esse *P¹*; Vt lugeret subito terra *Lb*; idem
susplicatur hic uersum excidisse et locum sic esse scribendum: 'Vt lugeret
 subito terra per (solem occasum, | Mutaretque Deus in luctum) solemnia
 sancta'; ut lugeretur sublato die *R coll. Cypr. test. II, 23 p. 91, 3 sqq.*
H.: occidet sol meridie et obtenebrabitur dies lucis; et conuertam
 dies festos uestros in luctum sollemnia *M* 425 O mala progenies
 subdola fronte *M*; O mala progenies, (inquit,) o subdola fronte! *P¹*;
 O mala progenies, (audi,) o subdola fronte! *R*; O m. progenies! O s.
 fronte | (Generaui) *Ld*; O m. pr., (ingrata,) s. fronte! *Hanssen; fort.*
addendum: ceruicosa; cf. 261 426 suboles *M*; soboles *P¹* (s. u. l.) v

Et dixit: Audite uocem tubae. — Nolumus, aiunt.

Hoc dicit Ezechiel: Audient ergo gentes a longe.

(425) Vno uolo titulo tangere librum Deuteronomium:

430 In caput eritis, gentes; nam increduli retro.

Si respuunt certe omnia supra dicta rebelles,

S(c)ite quid opponunt, cūm res tam aperte dicatur?

Videte iam ergo, dubii qui nunc usque natatis,

(430) Quod gentes in Domini fuerint scriptura priores.

435 Nunc ergo fas est credere, quem libri designant,

Non idolis uanis, qui frustra pro uita coluntur,

Nec istis adiungi uoluptuosis et sine freno,

Qui magis luxurias diligunt quam Summi praecepta.

(435) Non est culpa satis una, qui credere nolunt,

427 Hierem. 6, 17 sqq. 429 sq. Deuter. 28, 44

427 di \bar{x} *M* 428 Ezechiel] *quamquam locus citatus apud Hieremiam inuenitur, nihil tamen mutandum est, cum Cyprianus eodem modo errauerit; de qua re cf. Roensch. comment. et Zeitschr. f. wissensch. Theol. XXII p. 378* 429 Hoc uolo *P*³ titulo *P*¹*v*; titulu \bar{m} *M* deuteronomiū *M*; Deuteronomii *P*¹ (s. u. l.) *Ld*; Deuteronomi *R*; Deuteronomum(?) *Wilh. Meyer, Abh. p. 299; 305* 430 In caput eritis, gentes; nam increduli retro. *Wilh. Meyer*; In (Id *Lb*) caput: Eritis gentes; nam increduli retro (Respiciunt,) | *P*¹*Lb*; In caput eritis, gentes, nam increduli retro | (Respiciunt.) *v*; *R* in comment. totum locum illustrauit coll. *Cypr. test. I, 21 p. 55, 10 H.*: Eritis gentes in caput, incredulus autem populus in caudam 431 Si respuunt *M* (*P*² falso: Sic respiciunt); Respiciunt, *P*¹; Respiciunt. *v* certe] contra *P*³*Lb*; *malim* corde; cf. *Instr. I 27, 13* si corde retractes reuelles *M*; rebelles, *Wilh. Meyer, Abh. p. 305*; rebelles. *P*¹*v* 432 Scite quid *P*¹*v*; Scite, quid *Wilh. Meyer*; Site quid *M* (*P*² falso: quia) dicatur. *P*¹; dicatur? *v* 433 natatis *M* (cf. quae *Heindorf* adnotat in *Horat. serm. II 7, 7*); nutatis *P*¹*v* 434 Domini *v*; dño *M*; Domino *P*¹ scribura *M* 435 Nunc ergo fas est *MP*¹ (cf. u. 439); N. e. f. est ei *R*; N. e. f. ei *Ld* (*idem in praefat. Instr. p. VIII praefert est*); Huic ergo fas est *Wilh. Meyer* 436 qui *MP*¹ (cf. u. 348 sqq. gentes, Apud quos .. Qui; 467 sqq. ipsa maiestas .. profitetur, ipse quis esset); quae *v* 438 precepta *M* 439 satis una qui *MP* (cf. u. 435); satis una quia *R*; satis (iis) una qui *Ld*; *eidem postea (praefat. Instr. p. VIII) magis placebat codicis lectio*

- 440 Sed magis infamant: In puteum misimus illum.
 Quapropter et Dominus indignatus iurigit illos:
 Propter uos nomen meum blasphematur in gentibus, inquit.
 Si missus in puteum, sed resurgere quare clamatur?
 (440) Ab inferis, Domine, animam meam inposuisti:
 445 Ego dormiui, ait, et somnum cepi securus;
 Auxilio Domini surrexi, nihil mali passus.
 Et iterum dicit: In infernum non derelinques
 Nec dabis sanctum tuum interitum quoque uidere.
 (445) Hic personans ait: Fili prophetae, ascendo,
 450 Vt Dominum dicam passum per miseriam summum.
 Et [in] libro psalmorum de Domini morte clamatur,

442 Esai. 52, 5 443 Psal. 40, 9 444 Psal. 29, 4
 445 sq. Psal. 3, 6 447 sq. Psal. 15, 10

441 iurigit *Schmitz* (*Beitr. z. lat. Spr. p. 167 sq.*), ad cuius sententiam accedunt *Ld* (*praef. Instr. p. IX*) et *R* (*Berl. philol. Wochenschr. ann. 1885 p. 400*); iurgiat *MP¹v* 442 in initio omissum in *M m. 1. s. l. scripsit*; om. *P¹* (*s. u. l.*); add. *R coll. Ies. 52, 5* *βλασφημῆται ἐν τοῖς ἔθνεσι* inquit *M* 443 Si missus in puteum *scripsi*; Si missum (Simissum *M*) in puteum *MP¹*; Sic missum in puteum *P² LbR*; Dimissum in puteum *Ld* sed resurgere *scripsi* (*de litteris u et d commutatis cf. u. 492, ubi M¹ uiuentes, M² uidentes habet*); seuresurgere *M*; se resurgere *P¹* (*s. u. l.*); posse surgere *Lb*; non resurgere *R*; uere surgere *Ld* 444 Ab inferis *M* (*cf. Psal. 29, 3; Cypr. test. II, 24 p. 91, 15 H. Domine, eduxisti ab inferis animam meam*); Inferis *P¹* (*s. u. l.*) *v* inposuisti *M* (= ἀνήγαγες!)
 446 Auxiliū *M* nihil *M*; nil *P¹* (*s. u. l.*) *v* 447 diŕ *M*
 448 uideri *M* 449 personatus *Hanssen* prophetae *M* ascendo, *scripsi*; ascendo: *P¹*; ascendo. *v*; ascende *R cunctanter proponit in comment. alleg. Psal. 3, 8 (7); Apoc. 4, 1* 450 Dominum] in *M* litteras mi primo omissas *m. 1. s. l. scripsit* dicam *Mv*; dicat *P¹* per miseriam *scripsi*; p (*P² falso: pro*) miseria *M*; pro miseris *P¹v*; pro miseria *Hanssen* Summum. *P¹*; Summum, *v* 451 Et libro *Hanssen Wilh. Meyer, Abh. p. 292* psalmū *LbR* de Domini morte *P³v*; Domini de morte *P¹*; de dño morte *M* 451 sqq. clamatur, | Non .. referre. | Aut *scripsi*; clamatur; | Non .. referre: | Aut *P¹*; clamatur. | Non .. referre, | Aut *v*

Non ut illi putant Dauid de ipso referre.

Aut si putant illud, congruunt uniuersa, quae dixit?

(450) Non est flagellatus Dauid nec cruce leuatus.

455 Quid? Vaticinantur Iudaei more Saturni?

In fabulas coeunt, cum iam declinetur in illos?

Non quasi maleficum alapanantur cruce leuatum.

Insciis, indoctis, ignorantibus talia fingunt.

(455) Quis Deus est ille, quem nos cruce fiximus? aiunt

460 Nolentes respicere scripturas, corde caecati.

Ecce canit alius repetens iterumque propheta,

Cuius uoce tamen titulatur talis edictus:

Nunc exurgam, ait Dominus, nunc clarificabor,

(460) Nunc exaltabor, humilem quem ante uidistis;

465 Nunc intellegitis, nunc erit confusio uestra:

Vana cogitatis, ideo uos ignis habebit.

454 Psal. 34, 15; 72, 14; 21, 17; 118, 120 (Cypr. p. 88, 7 H.)

456 Psal. 20, 12? 40, 7 sq.? 463 sqq. Esai. 33, 10 sq. (Cypr. p. 92, 23 H.)

452 ut *MP*¹ (ut putant cum infinitiuo *anacoluthum* est Graecis *usitatum*; ex *Viceronis rep. I 37, 58 exemplum affert Kuehner, ausf. Gr. § 243, 3 a*); id *Lb v* ipso *MP*¹; se ipso *P*³*v* 453 congruunt uniuersa *Ld*; cum graui uniuersa *MP*¹; cum qua ui uniuersa *P*²; migrant (= *neglegunt, subuertunt*) uniuersa *P*³ (*Duebner?*); tum prae conuersant *Lb*; tum grauant uniuersa *R* post dixit *Ld* *primus interrogationis signum posuit* 455 iudei *M* 456 illos *MP*¹; illo (*i. e. Dauid*) *Ld*; illum *P*³*Lb R* 455 sqq. Quid uaticinantur Iudaei, more Saturni? | In fabulas coeunt, cum iam declinetur in illos, | Non *P*¹; Quid .. Iudaei? More Saturni | In .. coeunt, cum .. illum. *Lb*; Quod uaticinatur (Iudaei more Saturni | In fabulas coeunt) quum iam declinetur in illum, | Non *R*; nos *Ludwigi interpunctionem retinuimus*; ceterum quae sit hoc loco poetae sententia fatemur nos ignorare 457 maleficum *P*¹*v*; maleficium *M* cruce *M* (*cf. 454*) post leuatum *R* *primus interrogationis signum posuit* 459 cruce *MP*¹ (*cf. u. 1048*); cruce *v* (*cf. u. 358*) 460 scripturas *M* cecati *M* 461 repe tens *M* 462 talis edictus *M*(?) *P*³*v*; tali se dictus *P*¹ 463 exurgam *M* 465 intellegitis *M* (*ut Cypr. test. II, 26 p. 93, 1 H., codd. optimi AL*); intellegitis *Ld*; intelligitis *P*¹*R* confusio *v* (*Cypr. ibid.: confundemini*); confessio *MP*¹; *cf. Instr. II 8, 4*

Haec Esaias ait. Tunc sic et ipsa maiestas,
 Cum esset in carne, profitetur ipse quis esset:
 (465) Nemo meam animam poterit auferre conatus,
 470 Sed ego sponte a me pono eam meo decreto.
 Ipse potestatem habeo de illa ponendi
 Et sumendi iterum habeo potestatem in illam.
 Apertius autem de iusti morte clamatur,
 (470) Vt pareat magis induratos esse Iudaeos:
 475 Ecce perit iustus, nec quidem intellegit ullus;
 Sed erit in pacem huius sepultura dilecti.
 Quid illi infamant in puteum esse demissum,
 Cum legimus illum sepulturae traditum esse?
 (475) Ignominiosi, crudeles, caeci, superbi,
 480 Qui magis de facto deberent lugere, plaudent!
 Inspiratus enim Salomon de ipso prophetat
 Et magis insequitur plenius ostendere iustum:

469 sqq. Ioh. 10, 18 475 sq. Esai. 57, 1 sq. 481 sqq. Sap.
 2, 12 sqq.

467 Hec *M* Esaias *Mv*; Isaias *P*¹ (s. u. l.) 469 poterit *R*
 (coll. *Cypr. test. II, 24 p. 92, 1, ubi codd. WMB: auferet, ceteri aufert
 exhibent; eodem euangelii loco cod. Rehdig.: tollet*) *Ld*; potuit *M*
*P*¹ 470 a me pono eam *Cypr. l. c. p. 92, 2; eam pono eã M; eam
 pono, eam P*¹; eam pono ex *P*³*v*; mea pono eam *Wilh. Meyer*
 471 illam deponendi *R* 474 pareat *M* (cf. u. 279; 298 et indic.
 uerborum); pateat *P*¹ (s. u. l.) *v* magis *P*¹*v*; maius *M* (cf. u. 527);
 clarius *Hanssen* iudeos *M* 475 quidem intellegit ullus *M* pacem
Mv; pace *P*¹ 477 demissum *P*³; dimissum *MP*¹*v* 479 superui
M 480 lugere *M* (de paenultima correpta cf. u. 949; *Instr. II 32,*
10); gemere *P*¹ (s. u. l.) *v* plaudent *M* (cf. u. 20; *Lucif. Calar.*
42, 14; 49, 6 H.); Plaudunt *P*¹ (s. u. l.) *v* 482 insequitur *M*
 ostendere iustum: *R* (= ut plenius quam antecedentibus locis — uelut
 u. 475 — ostendatur, iustum esse, qui periturus sit*); similiter *Cypri-*
anus test. II, 14 hos aliosque quos collegit locos ita inscripsit: Quod
ipse sit iustus, quem Iudaei occisuri essent); ostendere iustum. *P*¹;
 ostendere: *Iustum Ld*

*) Hoc ipsum autem ostendi nequiret, nisi in eo quoque qui
 sequitur loco (Circumueniamus etc.) illud iustum retineretur.

Circumueniamus iustum, si qui [nobis] grauis esse uidetur,
 (480) Qui nostris operibus contrarius ualde resistit;
 485 Exprobrat in totum nihil nostra lege teneri,
 Adhuc et adfirmat filium Altissimi esse.
 Omnimodo reprobat et nugaces aestimat esse,
 Abstinet et sese a nobis et in altera uadit;
 (485) Nos inmundos ait et innouat altera iusta,
 490 Et sibi laetatur Dominum patrem esse caelorum.
 'Ergo, si sermones illius sunt ueri, probemus;
 Temptemus hunc Deum uidentes, quid fit in illum;
 Interrogemus eum omni cum tormento quietum,
 (490) Condemnemus eum turpissima morte' dicentes,

491 sqq. Sap. 2, 17 sqq.

483 Circumueniamus iustum *P³R*; Circumueniamus iusto *MP¹*;
 (Iustum |) Circumueniamus *Ld Wilh. Meyer, Abh. p. 293* si qui
 (si qua *P³*) nobis grauis esse uidetur *MP¹*; si quidem nobis grauis
 uidetur *R*; si qui nobis grauis (*in praefat. p. XXV esse addidit*) uidetur
Ld; nobis (*omisso si qui*) grauis esse uidetur *Wilh. Meyer*; ego nobis
uncis seclusi; *Leimbach coll. Sap. 2, 12 (Cypr. test. II, 14 p. 79, 11*
sqq. H.) totum locum sic scripsit: Circumueniamus iusto si qui inutilis
 nobis, | Dissimilis et iam nobis grauis est ad uidendum 485 nostrae
 legis *Lb* teneri *P¹* (*s. u. l.*) *v* (*cf. Verg. Aen. 2, 160 teneor patriae*
nec legibus ullis; 12, 819 nulla . . lege tenetur); tenere *M* 486 et]
 se *R*; *sed cf. u. 618 esse*] sese *Hanssen* 487 nugaces aestimat
Lb (coll. Sap. 2, 16); nutacesaestimat *M*; muta caesa aest. *P¹*; muta,
 caeca aest. *P²*; ruta caesa aest. *Duebner*; nugaces nos aest. *v* esse
M 489 inmundos *M* innouat altera iusta *MP¹* (*praegnanter*
dictum pro altera inducendo iusta res innouat; cf. Cypr. p. 79, 18 praefert
nouissima iustorum); inouat ultima iusti *R* (*satis ingeniose,*
cum Graeca uerba sint: μακαρίξει ἔσχατα δικαίων; sed constat hac in
parte carminis Cypriani potissimum uestigia poetam premere); nouissima
 altari iusti *Ld* 490 laetatur (*letatur M*) dominum *MP¹ Ld*; gloriatur
 Deum *R* 492 Temptemus *M* hunc deum *MP¹ Ld*; hunc Dominum
Lb Hanssen Wilh. Meyer, Abh. p. 290; hinc Dominum *R* uidentes
M²P¹v; uiuentes *M¹* quid fit in illum *scripsi (cf. Cypr. p. 79, 20*
temptemus quae euentura sunt illi); quid (quis *R*) sit in illum *M*
P¹ Lb R Ld; quid sit in illo *P³* 494 Condemnemus *M* morte
 dicentes *M*; morte, dicentes. *P¹*; morte dicentem *P³*; morte. — Dicebant,
R; morte. Mouebant, *Lb Ld*; *sed cf. Wilh. Meyer, Abh. p. 305*

- 495 Haec cum fecissent, capita suspensa mouebant:
 Saluum illum faciat pater, aut descendat abinde!
 Vt eos caecos Salomon ostendat aperte,
 Sic, quasi nunc referat, et fecisse talia culpat:
 (495) Dum ista cogitant, ducti sunt in errore nefando;
 500 Excaecauit illos malitia sua saeuire.
 Ecce quia caeci ipsi sunt et alteros aiunt,
 Dixit illis Salomon: Nescierunt Dei secreta.
 Quaecumque dixerunt testes uniuersi priores,
 (500) In Christo fuerunt facta. Aut in altero dicant?
 505 Quod ipsum si cupiunt facere frustrantes in ore,
 Ipsi se subsannent, uideant cum <im>pletum in illo.
 Quis fuit is iustus, de quo prophetae canebant,
 Cum nemo sit iustus in terris, nisi [e] caelo uenisset?
 (505) Dauid enim princeps peccauit amando puellam,
 510 Peccauit et Salomon; et tamen paenituit illos.

495 sq. Matth. 27, 39 sq.; Psal. 21, 8 sq.; 108, 25 499 sq.
 Sap. 2, 21 502 Sap. 2, 22 509 II Reg. (Sam.) 11; III Reg. 11

495 Hec *M* mouebant *MP*¹; mouentes *R*; dicentes *Lb Ld*
 496 illum faciat pater *M*(?) *Lb* (coniecturâ) *Ld*; f. i. p. *P*¹; p. f. i.
R descendat *P*¹*v*; discendat *M* 498 referat *P*¹*v*; repperat *M*
 et *del. R* feciss et alia *M* 499 cogitant ista *Hanssen* cogitant,
